



18.

J. Br. Bruns. 53  
M

Fe. 90.

REI  
ROMANORVM  
NUMARIAE  
COMPENDIVM  
IVVENTVTI STUDIOSAE

AD DIIVDICANDOS NUMOS ADORNATVM

VARIIS OBSERVATIONIBVS

ILLVSTRATVM

LIBRISQVE QVI EAM REM COPIOSIVS  
TRADVNT EX OMNI SCIENTIARVM  
GENERE INSTRVCTVM.



---

DRESDAE & LIPSIAE,  
APVD JO. GVIL. HARPETERVM,  
M DCC LIII.

KOEN. FRIED.  
UNIVERS.  
ZU HALLE



L. B. S.



Iam majorum ætate hæc invaluit, a qua nostrum non deflexit sæculum, consuetudo, perscrutandi ea, qua valere, industria, terræ viscera, ut in iis certa reperirent antiquitatis monumenta, sui juris redderent, & ad rem literariam promovendam omni studio excuterent. Quanto enim homines fervore auri pariter atque argenti fodinis ad ipsos pæne inferos perfodiendis navant operam, suas ut divitias, fugax tamen & fortunæ bonum, \* amplificent, tanta par est cupiditate ex fontibus haurire veterum sapientiam. Quod quidem sceleratum, ut

A 2

ver-

\* SENECA *epist.* XXVIII. cf. OVIDII *Trist.* L. III. Eleg. VII.

verbis utar OVIDII, \* habendi amorem, qui ita inuasit homines, ut possideri magis, quam possidere videantur, \*\* non redolere, sed eruditionis laudem præ se ferre arbitramur. Etenim quam maxime recedit ab ingenio, documenta antiquitatum investigaturo, quod nec ullis debet parcere sumptibus, nec operæ, & ad ea, aliis licet omiſſis, toto animo incumbere. Fac, nihil ad rem nostram GRONOVIORVM, GRAEVIORVM, SPANHEIMIORVM, aliorumve, quos nulla unquam obliterabit oblivio, virorum exempla facere, jam quædam argumenta in promptu sunt, quæ Antiquitatum, & præſertim REI NUMARIAE studium *Juventuti*, ad veram tendenti eruditionis laudem, commendant. Quis enim est, quem fugiat plaudere ſibi numariam rem, quod omnibus fere artibus & ſcientiis lucem ofſundat, quod ſingularem inde ſanctioris veritatis perſcrutatores, juris & artis ſalutaris periti utilitatem hauriant, quodque ideo va-

riam

\* OVIDII *Metamorph.* L. I. fab. XIV. v. 131.

\*\* Vide PLINIVM L. IX. ep. 30.



disciplinæ in explicandis, illustrandis & confirmandis historiarum monumentis sua redimus jura, tantum abest, ut JOANNIS HARDVINI, quem MATVRINVS VEYSSIERIVS LA CROZE satis superque refutavit, \* sequamur sententiam, ut potius certos constituamus rei numariæ fines & terminos, quos accurate definivit LANGLETVS DV FRESNOY *in methodo studii historici*, \*\* & JOANNES FRANCISCVS BVDDEVS in *Isagoge Historico-Theologica*. \*\*\* Quæ cum ita sint, facilem insuper *Juventuti* aperiri viam, si, perscrutando numorum apparatus & seriem, rerum gestarum factarumque monumenta, literis consignata, numos cum historiis conferant, præclare & recte facta repetant, &, magna permulsi dulcedine, animo imprimant diligentius, nemo, mea quidem sententia, ibit inficias. Lubens prætermitto delectationem,

\* in *vindiciis veterum scriptorum contra JOANNEM HARDVINVM*, Roterod. 1708.

\*\* p. 280. seqq.

\*\*\* p. 177. seq.



nem, qua nos trahit numorum elegantia, numorum inscriptio & figura, cum viro- rum, optime de republica meritorum, vir- tutes & splendida opera, in illustri posita monumento, admiramur, &, veluti extra nos positi, inde nobis & nostræ rei publi- cæ, quod imitemur, capimus. Et præterea dubium plane est, majoremne prisca numi præ se ferant auctoritatem, an historia. Nos in præsentia arduam hanc quæstionem discu- tere non constituimus, sed ea modo hic ad- notanda esse censemus, raras fuisse, teste PATAVINO, in antiquissima ætate literas, multa etiam periisse scripta, \* adeoque ma- jorem, si locus detur opinionibus, illa tem- pestate fidem numis esse tribuendam. At- tamen ne in his quidem satis est ad omnia recte constituenda præsidij; & hæc etiam quæstio ad interpretationis difficultates re- ferenda. \*\* Quum vero lapides, marmora

A 4

&

\* cf. L. VI. c. I. §. 2. & L. VII. c. III. §. 6.

\*\* cf. CAROLI ANDREAE DVCKERI *Orat. de dif- ficultatibus interpretationis*, &c. Traject. 1716. in ce- leb. KAPPII *Clariss. Viror. orationibus selectis*, p. 267.

& numi loquantur, ubi silent libri, codices-  
 que conticescunt, quum interdum plus lo-  
 quantur, quam numi, \* & numismata  
 magis diuturna, quam codices & libri, qui  
 vetustatis sunt impatientes, mirum dictu non  
 est, cur singulare quoddam numariæ rei pre-  
 tium statuunt eruditi. \*\* Qui non utilita-  
 tem solum, verum etiam numerum, quos  
 reliquit Antiquitas, dijudicandorum necessi-  
 tatem perspicientes, suisque laboribus rem  
 litterariam amplificantes, hujus disciplinæ  
 gloriam haud dubie promovent. Et cum  
 natura principum ita instruxerit animos, ut  
 hujus doctrinæ deliciis capti & quasi irretiti,  
 antiquitatibus summam impendant operam,  
 majorem adhuc pecuniarum numerum,  
 omnibus fere eruditis curæ sit cordique res  
 numaria. Ecquis enim vocabit in dubium,  
 quod etiam nostra ætate illustrissimi princi-  
 pes

\* MORHOFII *Polybistor* T. II. p. m. 228.

\*\* Extat Epistola ALEXANDRI POPE, ligato ser-  
 mone conscripta, de utilitate rei numariæ, in libro,  
 qui inscribitur: *Memoirs of the Life and Writings*  
*of ALEXANDER POPE*, Lond. 1745, in quo Vo-  
 lum. II. ejus præstantia ob diuturnitatem numo-  
 rum, sicuti a SPANHEIMIO, laudatur.

pes huic consulant studio? Aut forsitan erit aliquis, qui, illos detestanda habendi cupiditate ductos, abdita penitus antiquitatum residua ex intimis terræ effodere, affirmare audeat? Restrinxit quidem natura ad custodiam pecuniæ omnes homines, sed, si principum sumtus in eruditorum republica promovenda deficerent, Midarum hic animus esset, non Principum. \* Stant pro nostra sententia tot regum musea, quæ numos varii moduli, variæ materiæ, varii denique ponderis; quæ marmora, annulos, armillas, ornatum virilem & muliebrem, arma, vasa, statuas, & cetera ut taceam, varii exhibent generis suppellectilem. \*\* Hæc inter Antiquitatis monumenta merito posuimus numorum apparatus, quem nostra ætate in dies amplificari animadvertimus. Deteguntur enim ultro citroque, si publicis est habenda fides relationibus, urnæ, argento &

A 5 auro

\* Ita ERASMVS ROTERODAMVS, excitat reges, ut sua liberalitate LIVIANAE *historia* thesaurum orbi restituant erudito, in *epist.* XV. L. XXVIII.

\*\* cf. JO. GVILIELMI BERGERI *Stromateus Academicus* p. 28. seqq.

auro completæ, cistæ & arcæ, numis refer-  
tæ, quas alteri sæculo condendas persuasum  
sibi habuerunt veteres. \* Non ullam ve-  
ro aliam ob rem tanta conquiruntur indu-  
stria *Græcorum* præsertim ac *Romanorum* Nu-  
mismata, quam propter usum ac præstan-  
tiam, plane singularem, quæ ad omnis ge-  
neris eruditos respicit.

Quare operæ esse pretium putavimus,  
ut *Studiosæ juventuti* hanc aperiremus viam,  
qua illi incedendum est, si antiquitatum co-  
gnitione veræ fieri eruditionis particeps ex-  
optet. Quantum hac in re præstitum sit,  
ipse judicet BENEVOLVS LECTOR, cui,  
si libelli imperfectioni ignoscere, nostroque  
favere studio licuerit, omnia ex voto  
sucedant.

\* *ibidem* p. 65. seqq.



SECTIO I.  
DE RE NUMARIA IN GENERE.

CONSPECTVS.

- §. I. *Rei numaria definitio.* §. IV. *De re Romanorum numaria & ejus utilitate.*  
§. II. *Ejus divisio diverso respectu.*  
§. III. *Scriptores, qui eam in genere tradiderunt.* §. V. *Institutum susceptum aperitur.*



§. I.

Res numaria est scientia numerorum a) erudita, quæ non eorum solum materiam, b) valorem atque pretium, sed temporum etiam rerumque in iis gestarum notas explicat, adeo ut ex iis certa possint Critices pariter ac historiæ peti argumenta. c)

§. II.

- a) Etymologiam vocis numi exponit ARISTOTELES *Ethic.* L. V. c. 5. De differentia numi, numismatis monetæ & pecuniæ conferatur BARNABAS BRISSONIVS de *formulis solennibus* L. IV. p. 354. AVSONIVS POPMA de *differentiis verborum* p. m. 322. GERARDI JOANNIS VOSSII *Ety-mologicon* p. 397. SVIDAS T. I. p. 347.
- b) Hoc enim, si recto ordine procedas, scientia numerorum vulgaris demonstrat.
- c) Rem numariam maxime inservire *Philologie* studio tam certum est, quam quod certissimum. Et enim

## §. II.

Dividuntur numi hunc ad censum referendi

## I. ratione MATERIAE,

in *aureos*, alias *solidorum* nomine inclytos; quanquam postremum hæc fuerit appellatio de argentea moneta subinde accepta: confer. CAROL. PATIN. in *introduc. ad histor. Numismatum*, Amst. 1683. p. 41. seqq.

in *argenteos*, de quibus IDEM hist. numism. scriptor p. 47. seqq.

in *aereos*, quos p. 106. seqq. antiquissimos describit, eorumque in illustrandis antiquissimis historiis commendat pretium.

Sunt quidem etiam inter ipsos Romanos varia numorum genera, *stanno*, (d) *plumbo*, (e) *ferro*, (f) &c. confecta; hæc autem

enim numismata pari modo, atque Inscriptiones, gemmae, annuli, & similia antiquitatis monumenta antiquariorum explent cupiditatem; quin imo sacrae civilique historiae addiscendae magnopere inserviunt; qua de re plura Sect. II. c. 2. de fine & usu rei numariae tract. invenies.

d) de quibus DOMITIVS VLPIANVS Leg. IX. §. 2. D. de lege Cornel. de fals. eadem, inquit, lege exprimitur, ne quis numos *stanneos*, plumbeos emere, vendere dolo malo vellet.

e) de plumbeis loquuntur numis PLAVTVS & MARTIALIS; quos quidem extitisse, sed non publica olim auctoritate in urbe cufos esse affirmat LVDOVICVS

autem eruditæ numerorum scientiæ adscribenda non esse arbitramur, propterea quod quam plurima ejusdem generis numismata adulterina potius, quam publica procusa auctoritate, vel inter nova potius referenda, quam antiquis adscribenda.

Et cum metalla deficerent nostros majores, *aliam ad cudendos numos materiam* adscitam legimus. Terra cocta, electrum nigrum, lignum, arborum cortices, conchylia, &c. hunc in usum præparabantur. g)

II.

VICVS JOBERTVS in *notitia rei numariae*, Lips. 1695. p. 28. seqq. hujus vero generis numi, si fides est habenda haud dubie EZECHIELI SPANHEIMIO de *præstantia & usu numismatum*, Londin. 1706. T. I. p. 46. cusi sunt in Sicilia, adeo ut hi Antiquitarum perscrutatores facile sint conciliandi. Plumbeos hos antiquorum numos tam sacros, quam profanos illustrat Diss. FRANCISCI FICORONII, quam Latine vertit ex Italico sermone DOMINICVS CANTAGALLIVS, Romæ, 1751.

f) Ferreis usos esse numis Spartanos inter omnes constat. Testis est SPANHEIMIVS l. c. T. I. p. 45. JOBERTVS p. 30. seqq. JOSEPHVS MARIA SVARESIVS de *numismatis & numis antiquis*, p. 9. & CAROLVS ROLLINVS in *seiner Anweisung, wie man die freyen Künste lebren und lernen soll*, T. III. p. 126. seqq. Adde, quod idem de prificis Britannicarum insularum incolis afferat C. JVLIVS CAESAR de *Bello Gallico* L. V. c. XII.

g) Sic apud barbaros novarum regionum valent, sicut numi, globuli vitrei, conchylia, amygdala, &c. MAR-

II. Dividuntur ratione FORMAE,  
in *solidiores*, &  
*bracteatos* atque *cavos*. h)

III.

MARTINI HASSENI *Synops. prudent. moralis.*  
p. m. 432. n. 274. & ZACH. GOETZII *Diff. XX.*  
*de numis*, Vitemb. 1716. p. 8.

h) *Bracteati* sunt numi mediæ ævi, nec inveniuntur Romanorum tempore. Nomen gerunt a *Bractea*, quod a βραχάω, *crepitare*, quoniam lamina est tenuis metallica, & facile plicabilis, ut præ tenuitate etiam a leni motu interdum crepiter; Vide ISIDORVM. Nos germani hoc nominamus numorum genus, *Blechnünzen*, & numos solidiores vocamus, *Dichtemünzen*, *cavos*, *Hoblmünzen*. Hos nobis numos reliquit inferior ætas, ut novam haberemus subinde materiam vel crucem, quæ eruditis exerceat; v. JOANNES ANDREAS SCHMIDT in *sched. de num. Cathedr.* p. 5. Confer de *Bracteis* & *cavis* numis JOH. PETER LVDWIGS *Einleitung zum teutschen Münzwesen mittler Zeiten*, Hal. 1709. und JO. JACOB MOSERS, *Anmerkungen darüber*, Stuttg. 1722. FRIEDRICH HEVSINGER *von dem Nutzen der teutschen Münzwissenschaft mittler Zeiten*, Nürnberg, 1750. NICOL. SEELAENDERS *zehn Schriften vom teutschen Münzwesen mittler Zeiten*, Hannov. 1743. JO. ALEX. DOEDERLINI *commentar. de numis Germ. mediæ*, Norimb. 1729. OTTH. SPERLINGII *Epist. de numorum bracteatorum & cavorum origine & progressu*, Lub. 1700. His addantur JO. CHRISTOPH. OLEARIVS, JO. GEORGIUS LËVKFELDIUS, CHRIST. SCHLEGELIVS, & SALOM. FRANKIVS, qui *numophylacium Vinariese* 1723. edidit.



III. ratione POPVLORVM,

- in Ebræos, i)*  
*Syros, k)*  
*Græcos, l)*

Ro-

- i) quorum numorum historiam exhibet JO. HEN-  
 RIC. HOTTINGERVS in *cippis Hebraicis*, Hei-  
 delb. 1662. p. 89. HERMANNVS CONRINGIVS  
 de *numis Hebraicis*, Helmst. 1675. ATHANASIVS  
 KIRCHERVS de *numis veterum Hebræorum in Oe-  
 dip. Aegypt. T. I. P. II. class. II. c. II. p. 88 -- 102.*  
 ADR. RELANDVS de *numis veterum Hebræorum  
 Samaritanis*, Traject. 1709. JO. ANDR. SCHMIDT  
 de *re monetali Ebræorum*, Helmst. 1699. JO.  
 CHRIST. KLEMM de *numis Ebræorum*, Tüb. 1730.  
 SPANHEIMIVS de *præstantia & usu Numifma-  
 tum*, T. I. p. II. quibus jungantur WASERVS &  
 GVILIELMVS SCHIKARDVS. Cæterum numo-  
 rum apud Hebræos triplex ab eorum materia est  
 appellatio. Sunt enim vel ærei, vel argentei, vel  
 aurei, quippe כסף נחושת & זהב, qua de re  
 videatur THOMAE GOODWINI *Moses & Aaron*,  
 L. VI. c. X.
- k) quos describit KIRCHERVS in *Oed. Aegypt. T. I.*  
*p. II. & ex quibus historiam contextuere Syriacans*  
 JO. FOY VAILLANTIVS SENIOR, quæ prodiit  
 Parisiis, 1681. & ERASMVS FROELICHIVS in  
*annalibus compendiaris regum rerumque Syriæ ab*  
*obitu Alexandri magni ad Cn. Pompeji in Syriam*  
*adventum*, Vindobonæ, 1744. in *Prolegom. P. V.*  
*p. 74. Quo de libro Nova Acta Eruditorum mens.*  
*Sept. 1745. P. I. p. 481. & Novell. Lips. Erudit. 1745.*  
*n. III. p. 26.*
- l) de quibus conferenda sunt PROSPERI PARISII  
*Græciæ numismata* accurante JOANNE GEOR-  
 GIO VOLCKAMERO cum præfat. CHRIST. AR-  
 NOLDI, Norimb. 1683; und *die Geschichte der kö-*  
 ni-

*Romanos, m)*

*Punicos, n)*

*Hispanicos, o)*

*Gothicos, p)*

*Germanicos, q)*

qui populi, numerum habita ratione, memoratu dignissimi sunt.

IV. Distinguuntur denique ratione TEMPORVM,

in *antiquos*, quibus numismata, usque ad sæculum IV. cusa, adscribimus,

*medii ævi*, quo referendi sunt Bracteati & numi cavi, & in

*novos* seu *modernos*, quos tria exhibuerunt sæcula, nostræ ætati proxima; quorum de usu JOBERTVS p. 8.

§. III.

*niglichen Academie der Wissenschaften, Iten Theile, L. 1749. p. 247. seqq. in den Betrachtungen des Herrn OVDINETS und des Herrn von BOZE. cf. item CHRISTIANVS BRVNING in compend. antiq. Græcar. p. m. 417. seq. & JO. PHILIPP. PFEIFFERVS Antiquit. Græcis, L. II. c. XXXIX. p. 310. seqq.*

- m) quorum historiam, usum, auctores, & signa enumerare jam in eo sumus;
- n) quos primum cudi iussisse DIDO regina Carthaginiensis dicitur, qua de re PATINVS l. c. p. 83. seqq.
- o) p) quod utrumque genus numerum valde obscurum censent SPANHEIMIVS T. I. p. 112. & PATINVS. p. 84. & 85. & JOBERTVS p. 47.
- q) qui multis celebrantur scriptis, quibus recensendis hae pagellæ haut sufficerent.

§. III.

Si magnus librorum acervus diligentiae, quam arti & scientiae adhibent homines, testis est; profiteamur nos oportet, libros hac in disciplina tot esse exaratos, quot fere varia numerorum genera extant. Liceat hic paucis modo enarrare verbis scripta, quae generatim rei numariae, si antiquam potissimum spectes, inferviunt; caetera enim suo loco, quae sigillatim recensuimus. Illa igitur vides, ordine chronologico, nunc subnexa.

LEON. PORCII *de re pecuniaria antiqua*, libri II. Colon. 1551. (\*)

*Discorsi* di M. ENEA VICO, Parmigiano, *sopra le medaglie degli antichi* da GIO. BATTISTA DV VALLIO, Venet. 1555. ibid. 1558. & Parisiis, 1619.

JOACHIMI CAMERARII *historiae rei numariae veteris*, adjecta EJVSD. *collect. veter. opusculorum de re equestri*, Lips. 1556.

*Discorso* di SEBASTIANO ERIZZO *sopra le medaglie degli antichi*; con la *Dichiarazione delle monete consulari & delle medaglie degli Imperadori Romani*, Venet. 1559. r)

B. MA'TTH.

(\*) qui item conscripsit libros II., *de Sestertio, talentis, ponderibus, ac mensuris antiquis*, Bas. 1530.

r) quae editio jam est quarta.

MATTH. HOSTI *historia de re numaria veterum*, Frf. 1570. s)

ALEX. SARDVS de *numis*, Mogunt. 1579.  
& in *Thef. GRAEVIANO* Vol. XI. n. 161. t)

REINERVS BVDELIVS de *monetis & re numaria*, Libri duo, Colon. 1591.

*Discours sur les medailles antiques, principalement Romaines*, par Mfr. ANTOINE LE POIS, à Paris. 1579.

TILLEMANNVS FRISIVS de *re numaria*, germanice, Frf. ad Moen. 1592.

WILLEBRODVSNELLIVS de *re numaria*, LB. 1613. v)

JOS. JVSTVS SCALIGER de *re numaria antiquorum*, LB. 1616.

JOANNES à CHOKIER de *re numaria prisci ævi*, Leod. 1619. x)

*Dialoghi di ANT. AGOSTINI intorno alle medaglie, & altre Antichità, tradotti di Spagnuolo da DIONIGI OTTAV. SADA*, Rom. 1625. z)

*Disco-*

s) cf. EJUSD. *Opera*, Frf. ad Oder. 1580. & 1586.

t) Hic SARDI trium foliorum libellus prodit postremum adjectus JVSTI LIPSII *tract. oct. ad histor. Rom.* 1625. editis, & antea separatim Patavii, 1648.

v) & Amstelod. 1635.

x) & Antverp. 1621.

z) Prodit primum Romæ 1592. & Romano sermone per ANDREAM SCHOTTVM Antv. 1617. & 1653.

NVMARIAE COMPENDIVM. 19

*Discours sur les medailles antiques* par LOVIS SAVOT, à Paris 1627. aa)

CLAVDIVS CHIFFLETIVS de *numismate antiquo*, Lovan. 1628. bb)

IIVSTVS LIPSIVS de *re numaria*, Patav. 1648.

PHILIPPI LABBE *Bibliotheca numaria*, Paris. 1664. cc)

EZECH. SPANHEIMII *Dissert. de Præstantia & usu Numismatum antiquorum*, Rom. 1664. dd)

*Histoire de medailles* par CHARLES PATIN. Paris. 1665. ee)

PETRI SEGVINI *selecta numismata antiqua ex EIVSDEM Musæo depromta, & observationibus illustrata*, Lutet. Paris. 1665.

B 2

JO.

aa) LVD. SAVOTI *Diff. de numis antiquis* in THES. GRAEVIANO *Antiq. Roman.* Vol. XI. n. 151. cf. PATINVM p. 206.

bb) qui liber subjunctus est tract. de *Orbonibus æreis* HENRICI THOMAE CHIFFLETII, Antv. 1656.

cc) Est mihi editio, Rothomagi, 1678. publici juris facta, cui additus JOANNIS SELDENI liber de numis. Primum prodiit Parisiis 1664.

dd) Tum Amstelod. 1671. deinde recusus Londini T. I. 1706. & Tom. secundus Amstelod. 1717. Confer. DANIELIS GEORGII MORHOFII *Polyhist.* T. II. L. V. c. II. p. m. 227. seqq.

ee) prima hæc est editio. Prodiit deinde Amstelod. 1667. , tum Parisiis 1695. Prodiit Italica lingua sub titulo: *Introduzione alla Storia della Pratica delle medaglie*, Venet. 1673. & sermone Latino, Amstel. 1683.

JO. SELDENVS de *numis*, Londin. 1675. ff)

JOSEPH. MARIA SVARESIVS de *numismatis & numis antiquis*, *Dissert.* Amst. 1683.

CAROLI PATINI *Thesaurus numismatum antiquorum ex auro, argento, & aere*, Venet. 1683.

JO. FRID. GRONOVII de *pecunia veteri mantissa*, LB. 1691.

LAVRENTII BEGERI *observat. & conjecturae in Numismata quaedam antiqua*, Colon. Brand. 1691.

*Historiae rei numariae veteris scriptores aliquot insigniores, cum bibliotheca numaria & praef.* AD. RECHENBERG. Amst. 1692. gg)

SAM. REYHERVS de *numis*, Kilon. 1692.

JACOB de WILDE de *antiquis usque selectis numis*, Amst. 1692.

*La science des medailles antiques & modernes*, à Paris. 1693. hh)

BVR-

ff) additus *Scriptoribus rei numariae*, AD. RECHENBERGII cura editis, & aliis libris.

gg) Continent libros MATTH. HOSTI, GVILIELMI BVDAEL, JO. SELDENI & PHILIPPI LABBAEI.

hh) *cujus libri auctor nostra quidem sententia LVDOVICVS JOBERTVS nominandus est. Recubatur Parisiis, 1715. & in sermonem patrium convertebatur, Lipf. 1718. & ibidem Romana civitate dona-*

BVRCARDI GOTTHELF STRVVII *Bibliotheca numismatum antiquiorum*, Jen. 1693.

ANDR. MORELLII *Specimen universæ rei numariæ antiquæ*, Lips. 1695.

JO. ANDR. GLEICHII *historia numismatum succincta*, Lips. 1698.

JO. CHRIST. OLEARII *specimen universæ rei numariæ*, Jen. 1698.

HVB. GOLZIVS *de re numaria antiqua*, T. I. -- V. Antv. 1708.

CHRISTOH. WOLTEROCK *de numis antiquis, tam græcis, quam latinis*, Hamb. 1709.

*Traité des monoyes, de leurs circonstances & dependances par Mfr. BOIZARD*, à Paris. 1711.

ZACH. GOEZII *Diff. XX. de numis*, Vi-temb. 1716.

ANSELMI BANDVRI *Bibliotheca numaria, sive auctorum, qui de re numaria scripserunt, cura J. A. FABRICII*, Hamb. 1719. ii)

B 3

JA-

donabatur, 1695. Teritur etiam eruditorum manibus sequens liber: *La science des Medailles av. des remarques*, (par Mfr. DE LA BASTIE,) T. I. II. Par. 1739.

ii) Extat etiam hic liber in Auctoris magno opere *de numis Cæsarum*, Parisiis 1718. edito; de qua Bibliotheca ipse FABRICIVS in *Bibliotheca Latina* T. III. p. 577.

JACOBVS PERIZONIVS *de numis antiquorum*, Hal. 1722.

RINGMACHER *de numis*, Lipf. 1725.

JO. HEINR. a SEELEN *Selecta numaria*, Rost. 1726. & Lubec. 1735.

CHRYSOSTOMI HANTHALERI *exercitationes faciles de numis veterum pro tyronibus*, Norib. 1735.

JOSEPH ADDISON *von dem Nutzen und Vorzügen der alten Münzen*, durch GEORG. WILHELM POTZINGER, Bayreuth, 1740.

ANDR. ALCIATVS *de re numaria antiquorum*, in *Collect. Diss. de monetis Italiae*, quam hoc anno typis exprimi curavit Mediolani PHILIPPVS ARGELIATVS, Bononienfis, T. III.

J. G. KOENIGII *Thesaurus universae rei numariae antiquae*; quibus plures profecto adderemus, nisi numariam Bibliothecam jam conscripsisse videremur.

#### §. IV.

Quum Romani, sicuti artes & scientias omnes, sic rem numariam post Græcos, (II) si

1) Numi enim Græci miram quandam præ se ferunt industriam, ad ipsos exprimendos musculos etiam & venulas, & calatura extantiori multum exsuperant Romanos. JOBERTVS p. 5.



si qua gens alia, excoluerint, ut ex notitia *Romanæ historiae & antiquitatis* firmissima mm) possent deduci argumenta; digna est ejus cognitio omni erudito, illis autem perutilis, imo & pernecessaria, qui omnem, quam possunt, Philologiae navant operam.

§. V.

Quandoquidem compluribus libris rei numariae cupidi illius historiam, usum, & viam, quae ad illam intelligendam ducit, exposuerint; nos in emittendo hoc libello illorum vestigia persequimur, ita tamen, ut suum cuique auctori honorem laudemque tribuamus, ex optimis optima quæque hauriamus, lectorem ad illorum volumina delegemus, nostrasque, quantulascunque, observationes addamus. Et ut servemus ordinem, omnis ejus doctrina tria erit in capita dispescenda, quorum

I. HISTORIAM REI NVMARIAE APVD ROMANOS,

B 4

II.

mm) Sed hic monendum, firmitatem hanc cum per-  
vicacia adferendam non esse, quod, iudice PON-  
TANO, veluti in manuscriptis, codicibus & faxis,  
Scriptores, scribae, sculptores, scalptores. & mone-  
tarii saepius illiteratissimi fuere. Adde, quod nu-  
mi ficti, fusi & frustrati haud raro inveniuntur. cf.  
JO. GVILIELMI BERGERI, *Dissert. Academicae*  
p. 236.

II. ILLIVS FINEM PARITER ATQVE  
VSVM,

III. SIGNA, ORNAMENTA ET SYMBO-  
LA, quibus finis ille ac usus intenditur,  
exponet.

## SECTIO II.

### CAP. I.

#### CONSPECTVS.

- |  |  |
|--|--|
| §. I. <i>Aes rude, &amp;</i>                         | §. IX. <i>De magistratu, illarum curam gerente,</i>                              |
| §. II. <i>Aes signatum explicat;</i>                 | §. X. <i>De divisione numorum Romanorum generatim.</i>                           |
| §. III. <i>De cufis argenteis numis;</i>             | §. XI. XII. <i>distributius de Consulum, Imperatorum &amp; Coloniarum numis.</i> |
| §. IV. <i>De auro signato,</i>                       | §. XIII. <i>De scriptoribus rei numariae Romanorum in genere.</i>                |
| §. V. <i>De vera numorum huius generis antiquit.</i> |  |
| §. VI. VII. <i>De variato numorum pretio.</i>        |  |
| §. VIII. <i>De Fure cudendi monetar, &amp;</i>       |  |

#### §. I.

**R**OMANI, ut aliae nn) gentes, primum  
commercia simplici rerum cuius ne-  
cessa-

nn) quam conjecturam, verisimillimam faciunt ex  
Hebraeorum & Graecorum antiquitatibus eruditi,  
docendo, illorum numos agno denotari; horum  
bove; ex quo conficitur, permutationem agno  
factam esse & bove. cf. JO. GOTTL. CARPZOVII  
*critic. sacram Vet. Test.* p. 235. seqq. HOMERI *Iliad.*  
L. VII. sub. finem; & GENES. XXXIII. v. 19. &  
2. SAMVEL. XII. v. 6.

cessariarum & utilium permutatione sustentantur. oo) At enim vero sub rege *Numa* aes rude secundum libram ad commercia ceperunt adhibere, teste GELLIO in *noct. Attic. L. XX. c. I. pp)*

Libra, quæ & AS vocabatur, & Pondo in duodecim uncias qq) dividebatur, quarum

B 5

Duæ,

oo) quod ex eo probandum est, quia *Numa* primus cudi signarive pecuniam jubebat, & antea tota Romanorum res in pecudibus versabatur, nec alia fere commercii via existebat. PLIN. *Hist. natural. L. XXXIII. 3.* & ISIDORI *Origg. L. XVI. c. 17.*

pp) Testis est LVDOVICVS CAELIVS RHODIGIVS L. X. c. 2. p. 433. Aes rude notat rudem indigestamque æris molem, signatam quidem arbitrio possessoris, sed non, numerorum instar, cusam. Hinc pendebatur hæc massa, si usui publico destinabatur, quoniam alter alteri fidem non habebat, licet pretii signum adhibuerit in ipso ære. Hinc termini, sapius obvii: Pendere, impendere, expendere, quod aliis quoque gentibus in usu fuit. Vid. EDVARDI LEIGHII *critica sacra Novi Testamenti* p. 336. ADRIAN. RELANDVS *de numis Samaritanis* D. I. p. 7. GENES. XXIII, 16. i. CHRON. XXI. v. 25. JEREM. XXXII, v. 9. cf. JOANNES ROSINVS in *Antiquit. Rom. L. VII. c. XXX. p. 1151.* & GODESCHALKVS STEWECHIVS ad VEGETIVM L. II. c. XIX. & BARTHOLOMAEVS BEVERINVS *de ponder. & mensur. P. I. p. 4. feqq.*

qq) Uncia tenet octo drachmas, drachma tria scrupula, scrupulum duos obulos s. filiquas.

Duæ, Sextans, rr)  
 tres, quadrans f. triuncis, ss)  
 quatuor, triens, tt)  
 quinque, quincunx,  
 sex, femis f. semissis, vv)  
 septem, septunx, xx)  
 Octo, Bes, zz)  
 Novem, Dodrans, 1)  
 Decem, dextans,  
 Undecim, Deunx  
 appellantur.

Confer. EDVARDVM BREREWOOD *de ponderibus & pretiis veterum numorum*, Londini, 1614. GVIL. BVDAEI *de Asse & ejus partibus* LL. V. Parisiis 1516. 2) HENRICVM LORITVVM *de asse & ejus partibus*, Basil. 1550.

## §. II.

- rr) Sextans, quia sexta erat assis pars, PLIN. Hist. nat. XXXIII, c. 2. Asses femunciales videntur a Sex. Pompejo vocari; SELDENVS de numis, p. m. 7.  
 ss) Distinguatür triuncis & teruncius; licet, quoad pondus, convenient, Triuncis enim seu quadrans are, teruncius argento constabat.  
 tt) cf. BEVERINVM *de ponder. & mensuris* P. I. p. 21.  
 vv) cf. VARRONEM *de Lingua latina* L. IV. c. 36.  
 xx) cf. BEVERINVM l. c. p. 92.  
 zz) cf. JO. FRID. GRONOVIVM *de pecun. Veter.* L. III. c. XI.  
 1) ALEX. ab ALEX. L. I. c. I.  
 2) *recuf. auctior* 1524. *ibidem*; Venetiis 1522. apud Aldum; Coloniae 1528. Lugd. 1542. & 1550.

§. II.

A *Servio Tullio*, sexto Romanorum rege, circa annum urbis conditæ CLXXVII. aes, sicuti apud Hebræos 3) & Græcos, 4) *imagine pecudis*, bovis, ovis, vel suis primum signatum, ac inde *Pecuniam* 5) dictum esse auctor est *PLINIVS* in *Historia naturali* L. XVIII, c. 3. & XXXIII, c. 3. 6)

Et paullo post *librales* erant numi in usu, id est, assis, s. libræ pondere, effigie Jani gemi-

- 3) Ebræorum numi agni figura notabantur, qua de re **שֵׁטֶף** agnum notat & numum, quod negat Anglus, G. COSTARDVS in Diss. ita inscripta: *Containing an Enquiry into the Meaning of the Word Kesitab, mentioned in Job. Chap. XLII.* Oxonii 1752. Confer. WASERVM de antiquis Hebræorum numis L. II. c. 15. EDVARDI LEIGHII *Critic. sacr. Vet. Test.* p. 444. JO. GOTTL. CARPZOVIVM in *apparatu historico-Critico Antiquitatum sacri codicis & gentis Hebrææ* p. 688. Cæterum de ætate qua signatorum numerorum usum receperunt Hebræi, ibidem p. 695. & HERMANNVM CONRINGIVM de numis Hebr. c. VI. p. 58. & c. IX. p. 77.
- 4) Erat apud Athenienses genus monetæ, Bos, dictæ. Cf. SPANHEIMIVM de præf. & usu numism. T. I. p. 9. & p. 65. seqq.
- 5) De pecuniæ appellatione cf. ROSINVM L. VIII. c. XX. p. m. 1375. Romanorum enim divitiæ tunc temporis constiterunt pecoribus, teste COLVMELLA præf. L. VII.
- 6) cf. VARRO de re rustica L. II. c. I. & LIVIVS L. IV. c. 60.

gemini, & rostro navis; *trientes* autem & *quadrantes* in honorem Saturni & Jani, vel etiam Aeneæ, in Italiam appulsi, signabantur, & quod in illis erat ratis, *ratiti* nominabantur; 7) FESTVS p. 433. seqq.

## §. III.

Argentei numi non sunt ante *Pyrrhum* regem devictum, sed primum a. u. c. CCCCLXXXIV. C. *Fabio Pictore* & *Q. Ogulnio Gallio* Coss. quinquennio ante primum bellum Punicum aereis decuplo cariores  
cu-

7) Sunt hi, ex quorundam judicio, rarissimi & antiquissimi, et id merito. cf. ATHENAEVSL. XV. *Deipnosoph.* p. 692. MACROBII *Saturn.* L. I. c. VII. & CONSTANTII LANDI *select. Numismatum expositiones* p. 3. seqq. Audiamus hoc loco verba LACTANTII, qui L. I. *de falsa religione* cap. XIII. Janus, inquit, Saturnum errantem atque inopem suscepit, cujus rei sunt argumenta numi veteres, in quibus est cum *duplici fronte Janus*, in altera parte navis, sicut idem subjecit Poeta:

At bona posteritas puppim formavit in ære,  
hospitis adventum testificata Dei.

Hæc LACTANTIVS. Vid. EVTROP. L. I. OVIDII. *Fast.* L. I. v. 229. seqq. PLUTARCHI *Quæst. Rom.* T. II. p. 274. JOANNIS FREINSHEMII *supplem.* LIVII L. XV. c. 6. & de numo ratito speciatim CHRYSOTOM. HANTHALERVM de numis p. 165. seqq. Peculiarem hac de re tract. conscripsit WEDELIVS *de numis Jani raritis*, Jen. 1693.

cudebantur. PLIN. *Hist. Nat.* L. XXXIII, c. III. & EPITOM. LIVII L. XV.

Argentei numi fuere 1. Denarii, decem libras æris continentes, dicti alias *Bigati* & *Quadrigati*; 8) VICTRVV. L. III. c. I. 2. Quinarii s. victoriati, 9). quorum pondus quinque libris æris æstimatur. BARTHOLOMAEVS BEVERINVS *de ponderib. & mensur.* P. I. p. 22. & VOLVSIVS METIANVS apud GRAEV. *in Thes. Antiq.* Tom. XI. tandem etiam 3. Sestertii, pro dupondio & semisse. VARRO de LL. L. IV. c. XXXVI. GVILIELMVS BVDAEVS de *Affe*, L. II, p. 148.

De sestertiis JO. FRID. GRONOVIVS, *Daventr.* 1643. 10) ALDVS MANVTIVS de *Drachmis & sestertiis*, Venet. 1576. & LEONHARDVS PORTIVS, *Baf.* 1530. & *Colon.* 1551.

§. IV.

Sed *æra* & *argentum* dabant olim, melius deinde omen in *auro* erat, 11) quod a. u. c. DXLVI.

8) LIVIVS L. XX. c. 54. n. 2. & ANDREAS TIRACVELLVS AD. ALEXANDR. ab ALEXANDRO L. IV. c. 25.

9) cf. CHRYSOSTOM. HANTHALERVM l. c. p. 168. seqq.

10) Prodiit iterum *Amstel.* 1656.

11) Ita OVID. *Fast.* L. I.

DXLVI. C. Claudio Nerone & M. Livio Salinatore II. coff. LXII. annis post argentum teste PLINIO in H. N. L. XXXIII, c. III. cudebatur. Aurei hi numi argenteis erant decuplo cariores. PATINVS p. 43.

## §. V.

Si qui antiquiorum temporum occurrant, sunt illi deinceps a posteris majorum in honorem cusi, id quod Augustus, Vespasianus, Domitianus, alii fecisse dicuntur.

De Numis Romanorum antiquissimis SPANHEIMIVS de p. & u. Numism, T. I. p. 20. 12)

## §. VI.

Quod numorum pretium quamvis, ingruente reipublicæ necessitate, mutatum sit, ut, Hannibale Romam premente, Sextantarii etiam asses fuerint, 13) & DIO CASSIVS, 14) SVETONIVS, 15) TACITVS, 16) aurei

12) De numo omnium vetustissimo CHRISTOPH. AVGVSTVS HEVMANNVS in conspectu reip. literariae p. m. 338. & de numo Græcorum antiquissimo SPANHEIMIVS l. c. p. 16.

13) PLIN. Hist. nat. L. XXXIII. c. XI. & BEVERIVS de Ponder. & mensuris P. I. sub AS.

14) L. LV. c. 12. cujus verba ita fluunt, χρυσον γαρ δι ημετερον εγω το νομισμα το τας πεντε ημετεροι δραχμης δυναμενον κατι το επιχωριον.

15) SVETON. Oth. c. IV.

16) Histor. L. I. c. 24.



aurei numi mentionem faciant, viginti quinque denarios 5. drachmas valentis, sua tamen Romanorum numis ab ea ætate ad *Alexandrum Severum* usque seu annum Christi CCXXII. æstimatio 17) mansit integra, ab Alexandri autem Severi ætate sensim est imminuta. 18)

§. VII.

Tandem imperante Gallieno a. C. CCLX. omne Romani numi decus concidit, cujus quippe ævo maxime adulteratum & vitiatum 19) est argentum, & aes, laminis argenteis incrustatum, 20) quum antea graviter

17) quod docet & laudat PLINIVS L. VI. c. XXII.

18) JOBERTVS p. 21. Notatu hic dignum est, quod æs grave priscum pondus significet. At enim vero cœpit æs grave dici, quum asses ærei non amplius librales, sed sextantes, tum unciales, denique & semunciales essent. cf. BVDAEVVS & FESTVS, BEVERINVS *de pond. & mensuris* P. I. p. 16. & JACOB. PERIZONIVS *de ære gravi* LB. 1713. De aureis numis DOMITIVS VLPIANVS l. 1. §. 12. ff. de extraord. cognit.

19) Vitiatum argentum Gallis Saucées; i. e. cuprei primum ac deinde argentati fuere numi, iique inde a Posthumis incipiunt. JOBERT. *list. de med.* p. 29.

20) Gallis audiunt Fourrées, & sunt numi cuprei, sed argentea lamina tam arcte incrustati, ut, nisi per scissuram dignosci possint; *ibid.* p. 25.

viter in Peculatores 21) animadverterent  
Romani.

Con-

21) Peculator is primum dicitur, qui repetundarum reus est, ISIDOR. L. V. c. 26. & FESTVS p. 1337. tum, qui monetam adulterabat. Gravi afficiebantur pœna, quam describit L. VII. c. XXXI. p. m. 1155. JOANNES ROSINVS & CAROLVS SIGONIVS *de judic.* L. II. c. XXVII. p. m. 602. seqq. Quod apud Græcos νομισματα κερδηλευν dicitur, alias etiam παρασημαινει; ARISTOTEL. ETH. IX. c. III. Edicebatur inter hos contra monetarum adulteratores exsilium, quod probat ex DIOG. LAERTIO & ARISTOTELE JO. PHILIPP. PFEIFFERVS in *Antiq. Græc.* L. II. c. 40. p. 318. Nostra ætate peculatores, sicuti apud Romanos, pœna ignis afficiendi sunt, ædibus fisco adjudicatis. Cf. JO. HENRICI BERGERI *Jurisprud. crimin.* p. 43. & JVST. HENNING. BOEMERII *Introd. in Jus Digest.* L. XLVIII. T. X. n. 9. Falsatio autem monetæ fit vel circa materiam, vel circa formam. Circa materiam, ita falsam monetam cudentes, signantes, dolose permutantes, qui ignis supplicium patiuntur. Circa formam, si quis monetam probæ speciei ac justî ponderis, privato tamen ausu, absque privilegio impetrato, cudit, pœna qui arbitraria pro qualitate furti ac conditione personarum afficiendus est. JO. GEORG. BERTOCHII *promptuarium Juris practicum* T. II. p. 258. LVDER. MENKENII *theor. & praxis pandectarum*, P. II. p. 1579. JO. HENRICI BERGERI *æconom. Juris* p. 840, & MATTHAEI BOYSII *de monetis earumque mutatione ac falsitate, tractatus omnes*, Col. Agr. 1574. multum enim reipublicæ interest, ut rectis utamur monetis in omni commerciorum genere. Proba moneta maximum est commerciorum in societate humana instrumentum. MARTINI HASSENI *Synopsis prud, moral.* p. 740.

Confer. CAROLVM PATIVM *in fam.*

*Rom. numismatica*, Paris. 1663. p. 85.

& SPANHEIMIVM *de P. & U. N.*

Diff. VI. p., 554. quibus sunt sequentes  
addendi de pondere & pretio monetæ  
æreæ, argenteæ, aureæ scriptores, huc  
inservientes:

DEMETRIVS ALABALDVVS *de ponderibus  
& mensuris*, Venet. 1525.

LEON. PORTIVS *de ponder. & mensuris  
antiquis*, Bas. 1530.

GEORG. AGRICOLA *de ponder. & mensu-  
ris Romanor.* &c Basil. 1550.

HENRICVS VRANIVS *de re numaria, men-  
suris & ponderibus*, Colon. 1569.

MATTH. HOSTVS *in Opp.* Frf. ad Od.  
1580. 22)

EDVARDI BERNARDI *de mensuris & pon-  
deribus antiquis* libri III. Oxon. 1688.

CASP. SCIOPPII *tabulæ numariæ rei anti-  
quæ*, in JO. FRID. GRONOVII *libro  
de Sestertiis*, LB. 1691.

EVCH. GOTTL. RINCK *de veter. nu-  
mism. potentia & qualitate*, L. 1691.

JO. CASP. EISENSCHMIDT *de valore pe-  
cuniæ veteris*, Argent. 1708.

C

BAR-

- 22) MATTH. HOSTVS multa habet in *operibus suis*  
de pretio numorum, collato cum Germanicis &  
Marchicis numis,

BARTHOLOMAEI *Syntagma de ponder.  
& mensuris*, 1711

BARTH. BEVERINVS *de ponderibus*,  
L. 1714.

CENALIS *de vera mensurarum ponderum-  
que ratione* in Thef. GRAEVIANO  
*Vol. XI. n. 154.*

LVC. PAETVS 23) *de mens. & ponder.  
Rom. & Græcis*, de quibus etiam  
PRISCIANVS 24) CAESARIENSIS,  
RHEMNIUS 25) FAVNIUS, BE-  
DA 26) ANGLVS, VOLVSIVS ME-  
TIANVS, 27) BALBVS, 28) *ibid.* Vol.  
XI. n. 156 - 160.

CHRYSOSTOMVS HANTHALERVS *in  
exercit. de numis veterum*, p. 73. seqq.

DIE ALLGEMEINE WELTHISTORIE,  
T. I. p. 95. seqq.

Plura suppeditat PHILIPPI LABBE *bibliotheca  
bibliothecarum* p. m. 278 - 339.

§. VIII.

23) prodit Venetiis 1573.

24) sapius excusus illius commentarius, præsertim  
Parisiis, Colonia, & Hanouia.

25) cecinit RHEMNIUS FAVNIUS *de Ponderibus  
& mensuris veterum*. At enim vero imperfectum  
est & mutilum carmen, quod PITHOEVS publica-  
vit Parisiis 1590.

26) Parisiis 1565.

27) VOLVSII METIANI tractatum Lutetia 1565. &  
in variis collectionibus editum esse inter omnes  
constat.

28) FRANCISCI BALBI dissertatio prodit Parisiis  
1600.

§. VIII.

Cudendorum numorum potestas 29) primum apud *reges* fuit, quibus exactis ad *Senatum* pertinuit, a quo tuendæ monetæ, ejusque pretium ac valorem conservandi cura *ensoribus*, flandi, feriendique auri, argenti, æris *magistratui minori*, quem primum *curatorem flandorum Denariorum*, tum a numero *triumviros monetales* 30) appellabant, publice commissa est. Ad Cæsares autem postquam delatum est rei publicæ gubernaculum, C. JVL. CAESAR constituit *quatuorviros monetales*, 31) quorum numerum reduxit iterum ad *tres AVGVSTVS*. Quibus tandem abrogatis *triumviris Præfecti & triumviri* 32) *monetæ ab imperatoribus* constitue-

C 2

fitue-

29) De jure cudendi monetam vid. BORNITIVS *de numis*, L. I. c. 3, p. 31. & utraque Diss. LVDOV. ANTON. MVRATORII in PHILIPPI ARGELATI *thesauro Diss. de Italia monetis*, T. I.

30) CICERO *de Legg.* L. III. c. 3. THOM. BELLI *Roma restituta*, Amst. 1700. L. III. c. 21. In antiquis monumentis apparent hoc modo: III. VIR. A. A. A. F. F. i. e. triumviri auro, argento, æri flando, feriundo. cf. JANVS GVILIELMVS *de magistrat. populi Romani*, c. XVII. & CAROLVS SIGONIVS *de judiciis*, L. II. c. XXXII.

31) vid. SPANHEIM. T. II. *Diss.* X. p. 167. In numis ita: III. VIR. A. P. F.

32) cf. *idem ibid.* *Diss.* IV.

stituebantur, *monetæque procuratores*, 33) appellabantur.

§. IX.

Illam tamen feriendorum numorum potestatem, quæ sub *imperatoribus* etiam per ducentos fere annos penes *Senatum* mansit, ab *Imperatoribus* etiam *coloniis* & *municipiis* concessam esse, superflites multi numi loquantur, in quibus disertis verbis notatum reperimus: *Indulg. Aug. i. e.* Indulgentia Augusti; *Perm. Div. Aug. i. e.* permittu divi Augusti; & inscriptiones sunt hujus generis plurimæ, ut signandæ monetæ beneficium, ab *Imperatoribus* collatum, publice profiterentur. *Coloniæ* autem illæ quæ fuerint, quæ *municipia*, ipsi eorum numi

vel expressis nominibus,

vel symbolis signisque, singulorum propriis, produnt. 34) JOBERTVS in *notitia rei numariae*, p. 251.

§. X.

Dividuntur numi ROMANI

in

- 33) GUIDO PANCIROLLVS in *notitia dign. imper. occid.* c. XXXVI. & JACOB. GVTherivs *de officiis domus augustæ publicæ & privatae*, Paris. 1628. c. XIX.  
34) cf. MATTH. HOSTVS in *historia rei numariae veteris* Frf. ad Oder. 1580. c. VIII. p. 60. & infra c. III. §. IV. & §. XI. seqq.

in *Consulares* f. eos, qui republica adhuc libera & consulum sunt tempore cusi; a rei numariae peritis, *numi familiarum Romanarum* dicti; &

in *Imperiales* &  
in *numos Coloniarum*.

§. XI.

*Consulares numi* in Consulium, censorum, praetorum, aedilium & curulium & plebis, quaestorum & proquaestorum, Augurum, &c. honorem & memoriam, rerum ab ipsis gestarum & dignitatum, non autem ab ipsis solum, verum etiam praeterea aut ex senatus consulto, aut ab ipsorum agnatis & posteris, si qui trium viri monetales essent constituti, pondere vario, variaque aestimatione signati sunt.

§. XII.

*Numi Imperiales & Coloniarum*  
vel ex Senatus consulto,  
vel arbitrio imperantium,  
vel a triumviris monetalibus, adulandi studio,  
vel a coloniis & municipiis cudebantur. JOBERT *Histoire des Medailles* p. 45.

Hi autem numi

vel *missilia* vocabantur, vulgo *Medalliones*, f.

numi maximi moduli, 35) in eam rem & in id studium cusi, ut, ceu publica ludorum ac triumphorum monumenta, populo in solennibus distribuerentur, vel exterorum principum aut civitatum legatis donarentur.

Hoc numerum genus auro pariter atque argento signabatur, teste JOBERTO p. 247. seqq. & certa quædam illorum species extat, qui *contourniati* appellantur. 36) Hi a Græcis oriundi circulo quodam cavo, qui ab utraque numi parte apparet, ab aliis distinguuntur;

vel *numi vulgares*, iique si ærei

vel maximæ,

vel mediæ,

vel minimæ quantitatis, 37)

duabus omnes frontibus conspicui,

quarum

altera *Antica*, s. *pars aversa* dicta, numi figuram principalem continet,

altera

35) Italis audiunt *medaglioni*. Cæterum de pretio & nobilitate numismatum maximi moduli Diss. extat, præfationis loco, in libro, qui inscribitur: *Rariora maximi moduli Numismata* JOSEPHI MONTERCHII *commentariis illustrata*, Amst. 1685.

36) a *contornare*, voce Italica, quæ confinium denotat. Sic de numo quodam *contourniato* *M. Aurel. Antonini* JO. CHRISTOPH. OLEARIVS verba fecit, Jen. 1692.

37) Gallis audiunt: *grand Bronze*, *moyen bronze*, & *petit Bronze*. cf. PATIN. p. 113. seqq.



altera *Possica* appellatur, quæ Symbolum aliquod exhibet. 38)

In qualibet autem numi fronte

& *figuræ & litteræ*

aut margini numi,

aut figurarum lateribus,

aut basi numi inscriptæ

accuratius sunt & considerandæ & explorandæ. 39)

§. XIII.

Quum historiam rei Romanorum numariae explicuimus, & jam in eo sumus, ut illius usum demonstramus multiplicem, aptissimus hic nobis esse locus videtur, sub finem hujus capituli adjungere ea, quæ ortum & progressum hujus disciplinae dilucidant.

De scriptoribus igitur rei numariae Romanae generalioribus hos potissimum habeto.

C-4

JO-

38) Videatur SELDENVS, L. VI. c. 17. p. 800. de I. N. & G.

39) quod a Gallis dicitur *les legendes*, a Latinis *Legenda*, i. e. quæ legi debent. cf. JOBERT. p. 103. Sunt vero duo legenda in unoquoque numo; primum notitia hominum imprimitur, & nomen, cognomen, munus, aut alia ejusdem generis ostenduntur. Alterum virtutes, res gestas & beneficia, quibus amplificarunt rem Romanam, accuratius explicat.

JOACHIMVS CAMERARIVS *de numismatis veterum Græcorum & Latinorum*, Tubing. 1539. & 1560.

*Discours de la religion des Anciens Romains* par DV CHOVL, à Lyon 1556. 40)

HVBERTI GOLZII *fasti magistratuum & triumphorum Romanorum ex antiquis numismatum & marmorum monumentis*, Brugis Flandrorum, 1566. 41)

FRANC. HOTOMANNVS *de re numaria populi Romani*, Genev. 1585.

MARQ. FREHERI *de re monetaria veter. Roman.* L. II. Lugd. 1605.

*Commentaires historiques, contenant l'histoire generale de l'empire Romain, illustrée par medailles* par JEAN TRISTAN, T. I-III. Paris 1644.

PHILIPPI ROSSI *Roma antiqua & nova*, Romæ 1645. c. numis.

CONSTANTII LANDI *selectiorum Numismatum præcipue Romanorum expositiones*, LB. 1685. 42)

*Rariora maximi moduli Numismata*, JOSEPHI MONTERCHII *commentariis illustrata*, Amst. 1685. 43)

JO.

40) Extat editio de anno 1657. in quarta.

41) & Antverp. 1617.

42) prodiit primum liber, sed imperfectior Lugd. 1560.

43) Cujus libri, qui prodiit primum Italica lingua Romæ 1679. JO. PETRVS BELLORIVS auctor dicitur.

IO. CHRISTOPH. WAGENSEIL *de re monetali veter. Romanorum*, Altd. 1691.

GVIL. ROVILLII *promptuarium numismatum*, quod laudat ZACHARIAS GOETZIVS *Diff. de numis* p. 19.

CAP. II.

DE FINE ET VSV REI NVMARIAE ROMANORVM.

CONSPECTVS.

- |  |   |
|--|---|
| §. I. De utilitate rei numaria generatim,  | §. VIII. Theologis,                                 |
| §. II. Scriptores, hanc copiosius illustrantes,  | §. IX. Juris Consultis,                             |
| §. III. Vsum singularem exhibet ejusque diversum respectum, quoad scientias & homines, | §. X. Medicis,                                      |
| §. IV. Singularem usum in Orthographia,  | §. XI. Physicis,                                    |
| §. V. Grammaticis & Criticis,  | §. XII. in Historia,                                |
| §. VI. Pictoribus,   | §. XIII. in Geographia,                             |
| §. VII. In morum civilisque prudentiae doctrina,                                       | §. XIV. Rei numariae usus respectu hominum          |
|  | 1. eruditorum, privatam praesertim vitam degentium, |
|  | 2. & respectu principum,                            |
|  | §. 15.  |

§. I.

**N**umorum vulgarium tota ratio in rebus contrahendis, jucundoque commercio versabatur; sed *missilium* alia erat conditio,

quibus veterum præclare gesta pernoscenda posterorum memoriæ commendabantur. Quo accidit, ut animus ex rerum domesticarum publicarumque consignatione, numis facta, reficiatur & relaxetur, ut virtutum beneficiorumque exempla nos in admirationem rapiant; saluberrima illorum instituta, ad imitandum proposita, admiremur; amorem in patriam excitent, vitiorumque tollant semina.

Quod ut etiam a nobis fiat, jam omnem movebimus lapidem, ut, simul ac finem numorum, eorumque usum demonstraverimus, diligens numorum imprimamus studium, ex quo tot tantaque felicitatis fluunt & utilitatis documenta. *Numi* enim cum *vulgares*, tum *missilia*, rem si generatim consideramus

Univerfam nobis sacrorum veterum rationem, 44)

fo-

44) de qua liber extat, quem supra jam adduximus haut ita multo ante C. I. §. XIII. quemque GVILIELMVS CHOVLIVS Lugduni publici fecit juris, & numis illustravit. Dignus est tractatus hic, qui allegetur. Nam suam ob præstantiam recusatus est Gallice 1657. & 1672; in Italicam versus linguam 1569, & iterum 1581. quin imo postea Hispanice prodiit pariter ac Germanice;

solemnnes belli pacisque ritus, 45)  
 instrumenta & præmia victoriæ  
 gentium urbiumque heroas & insignia,  
 imperatorum, regum, principum, legislato-  
 rum, conditorum & amplificatorum ur-  
 bium, clarorum ingenio virorum 46)  
 vultus & nomina, 47)  
 res gestas & facta præclara hominum,  
 vota fuscipientium,  
 donativa & congiaria distribuentium,  
 reliqua fisci remittentium,  
 annonam procurantium,  
 ludos celebrantium,  
 templa, delubra, ædes, fana, facella, portus,  
 theatra, amphitheatra, circos, thermas,  
 aquæductus, vias, pyramides, colifæos,  
 obeliscos, portus, arcus triumphales, &  
 varia opera aut molientium, aut ampli-  
 ficantium,

pro-

- 45) cf. *Discours sur la Castrametation & discipline mili-  
 taire des Romains* par DV CHOVL, Lugd. 1555.  
 & 1557.
- 46) GIROLAMI OLGATI *illustrium philosophorum  
 & sapientum effigies, ab eorum numis extractæ*, 1567.  
 FVLVII VRSINI *imagines & elogia virorum illustri-  
 um, & eruditorum, ex antiquis marmoribus, gemmis,  
 lapidibus & numismatibus expressæ*, Rom. 1570. *Il-  
 lustrum virorum vultus collecti* ab ACHILLE STA-  
 TIO, Lusitano, Rom. 1569.
- 47) Hinc JVVENALIS *Sat. XIV.* numos vocat con-  
 cisum argentum in titulos, faciesque minutas.

provincias peragrantium aut reslituentium,  
 colonias deducentium,  
 libertatem publicam adferentium,  
 iustitiæ, concordia, felicitati, lætitiæ, æquitati,  
 securitati, tranquillitati temporum, ca-  
 silitati, pietati &c. consulentium,  
 pacis artibus illustrium,  
 militari gloria conspicuorum,  
 ad expeditiones bellicas paludamento s. fago  
 accinctorum,  
 proficiscentium ad exercitus,  
 milites e suggestu alloquentium,  
 fidei jusjurandum ab iis exigentium,  
 militarem disciplinam restaurantium,  
 exercitus concordiam laudantium,  
 captivos reges, & ad pedes prostratas provin-  
 cias ostentantium,  
 curru triumphali vectorum, & a victoria co-  
 ronatorum;

### Romam

adventum principi gratulantem,  
 hilariter exuvias & spolia excipientem,  
 mortuum Deorum in numerum referentem,  
 Figuras virtutum, vitiorumque symbolicas, 48)

ani-

48) Sic aries est stultitiæ & levitatis symbolum. cf. infra C. III. §. 16. n. III.

animantium & plantarum nobiliorum, terris nostris ignotarum, effigies & formas, 49) fabricas denique & Opera publica, expressis eleganter imagunculis, velut ad æternitatis memoriam, & mirificam ingenii oblectationem repræsentant, quum præterea numi tanto certiora & firmitiora antiquitatis sint monumenta, quanto magis columnæ, statuæ, lapides, arcus gemmæ, ruinæ fuerint obnoxia. 50)

§. II.

Hunc, quem jam descripsimus, generalem rei numariæ usum multis illustrarunt scriptis eruditi, e quibus hos allegare juvat, qui sequuntur, auctores.

SEB. ERIZZO *in Discorso sopra le medaglie degli Antichi*, in Venegia, 1559. p. 7. seqq.

JO. ALB. FABRICIVS in BANDVRII *bibliotheca numaria*, p. 235. seqq.

JOH. AQVILA *de utilitate monetarum*, quem allegat CHRISTIANVS FEVSTELIVS in *miscellaneis Sacris & eruditis*, Lipf. 1715. p. 20. seqq.

CHRYSOSTOMVS HANTHALERVS in *exercitat. de numis veterum pro tyronibus*, Norib. 1735. in dialog. primo.

DE-

49) cf. infra h. c. §. XI.

50) cf. supra Sect. I. §. 4. in obl. (mm)

DE BIEL de *utilitate rei numariae veteris*,  
Viennæ, 1733. 51)

PATINVS in *introd. ad hist. numism. c. II.*  
PETRVS VLAMING de *usu & præstantia*  
*studii numarii*, Amst. 1702. 52)

GABRIEL BYEL de *monetarum potestate &*  
*utilitate*, Norib. 1542.

EZECH. SPANHEIMIVS de *Præstantia &*  
*usu Numismatum*, 53)

OCTAVIVS FERRARIIVS in *OPP. VARIIS*  
p. 51. ed. FABRICIANAE ao. 1711.

JO. GVIL. DE BERGER in *Oratt. lectioni-*  
*bus*, Vitemb. 1749. p. 288. seqq.

### §. III.

51) Auctor est ERASMVVS FROELICH, S. J. S. qui  
haud ita multo post auctum emisit librum, cujus  
titulus hic est: *Quatuor tentamina in re numaria*  
*veteri*, recuf. Viennæ 1751.

52) Recudebatur 1747. Amstælodami, cf. ABRAHAM  
KRIEGELS *vollständige Nachrichten von dem or-*  
*dentlichen Inhalte der kleinen und auserlesnen Aca-*  
*demischen Schriften*, L. 1748. p. 87. seqq.

53) cf. Sect. I. §. 3. in obs. (dd). Illuſtris hic auctor  
dignitatem & præſtantiam probat ab antiquitate,  
a diuturnitate, ab argumenti nobilitate, a splen-  
dore & auctoritate veterum numos tractantium;  
uſum demonſtrat ob materiam numorum, ob artis  
præſtantiam, ob imagines regum totius mundi &  
illuſtrium virorum cognoscendas & dijudicandas,  
ob alia antiquitatis monumenta, tandem ob ad-  
discendas & explicandas artes pariter ac ſcientias.



§. III.

Dum ufum figillatis recensendus rei numariae, duplicis rationem habeamus quaestionis :

*quibus in scientiis,  
quibus hominibus*  
profit & inferviat.

§. IV.

GRAMMATICIS pariter ac CRITICIS primum multum praebet utilitatis rei numariae scientia. 54) Hos enim antiquas literarum figuras, verasque vocum scribendarum formas, 55) & antiquissimum & successu temporum castigatiorem rationem, vocabulorum compendia, & orthographiam 56) illustrium familiarum, nominum priorum & gentilium, urbium, regionum, tanta certitudine docet & explicat, quanta  
nec

54) Hinc praeside JO. GVIL. BERGERO Vitembergae 1745. GÖTTLOB ERDMANN ZEIBICHIVS *observationes ex numis antiquis sacras* edidit, hisque junxit paullo post continuationem. Ibi explicantur ritus & propriae verborum significationes, e. g. quid sit *πτερυγιον τῆς ἑσπῆς* Matth. IV, v. 5. quid *ὄμματιν*, Luc. II, i. quid *τραπέζα δαιμονίων*, I. Cor. X, v. 21. &c.

55) SPANHEIM. *de P. & U. N. T. I.* p. 59.

56) Idem SPANHEIMIVS *ibid.* T. I. p. 124 - 130.

nec manuscripta, nec alia monumenta publica, nisi senatus aut principum auctoritate, sicut numi, constituta.

Conferatur HVBERTI GOLZII *Thesaurus Antiq.* Loco XXIII. & XXIV.

§. V.

Grammaticis & Criticis jungimus POETAS, quorum ad explicationem multum faciunt numi. Cudendo enim monetarii, quod Poëtæ verbis, exprefferunt. Adde, quod senatus monetis, S. C. cufis, homini, cujus in honorem signabantur eadem via adulatus sit, atque poëtæ, qui eandem arripiebant, suum testificandi animum, occasionem. a)

§. VI.

Nullus dubito, quin PICTORIBVS & SCVLPTORIBVS multam afferant numi utilitatem. Ex his vera virtutum vitiorumque simulacra, deorum dearumque, heroum, regum, imperatorum, virorum, eruditione illustrium, imagines deducere possunt, res naturales ut taceam.

§. VII.

a) Plura ad hanc materiam ADDISONIVS *von dem Nutzen und Vorzügen der alten Münzen* p. 26.

§. VII.

MORVM CIVILISque PRVDENTIAE DOCTRINAM res adjuvat numaria, dum virtutes, officia, principumque fortunam numis tradit, unde, quid deceat bonum principem, quid bonum civem ac militem, disci possit. In numis enim iustitia, clementia, constantia fides, liberalitas, indulgentia, munificentia, æquitas, providentia, virtus bellica, gloria, patrocinium, tutela, onerum publicorum remissio & vehiculationis; b) restitutio civitatum, coloniarum, viarum, templorum, thermarum, portuum, &c.

*Imperatorum,*

*Augustarum* fecunditas, pudicitia, pietas, concordia, virtus,

*civium* securitas, libertas, tranquillitas, gaudium, felicitas, fides; brevibus:

*Roma* renascens, temporum lætitia, imperii æternitas, Romanorum & reipublicæ gloria, fortuna rediit, manens, obsequens, reipublicæ reparatio, fides c) & concordia d) exercitus summis, uti par est,

b) LIPSIUS ad Plin. Panegyric. c. XX. & ISAACVS CASAVBON. in AELII SPARTIANI *Hadrianum* p. 15. SPANH. Diss. XIII. p. 561. seqq.

c) De fide exercitus VEGETIVS *de re militari* L. II. c. V.

d) fides & concordia exercitus alias audit consensus

D exer.

est, laudibus, celebrantur, ita, ut hoc,  
 velut publico. elogio sui quisque officii  
 abmoneatur. SPANHEIMIVS l. c. T.  
 I. p. 131. - 164.

## §. VIII.

Quum numerorum notitia non ad volupta-  
 tem tantum & ornamenta eruditi pertineat,  
 mirum non est, cur insignem adeo THEO-  
 LOGIS utilitatem numi tribuant. Usus  
 enim præstant in studio theologico in gene-  
 re; & speciatim in explicatione sacri codi-  
 cis, in probandis sanctioris disciplinæ capi-  
 tibus, in historia veteris & novi testamenti,  
 & maxime in ritibus sacris. Conferantur  
 tres e) Dissertationes B. VALENTINI  
 ERNESTI LOESCHERI *de usu nu-  
 merorum veterum in studio theologico, in Stromat.*  
 T. I. Sect. I. p. 153. seqq. f)

## §. IX.

Actum agerem, si multis hic enarrarem  
 verbis, quod res numaria magnam præberet

JV:

exercituum. cf. LAVRENTII BEGERI *thes. Bran-  
 deburg. cont.* Colon. March. 1696. p. 628. & *Numi  
 Ducis Croyciac.* Col. Brand. 1700. T. XXIV. & JO-  
 HANNES HARDVINVS in *opp. sel.* p. 745.

e) prima habebatur Jenæ 1694. altera & tertia Vi-  
 temb. 1695.

f) cf. de his ANSELMI BANDVRI *Bibliotheca nu-  
 maria*, edit. FABRIC. Hamb. 1719. p. 225. seqq.

JVRECONSVLTIS lucem. Etenim Illustr. SPANHEIMIUS D. VI. IO. GOTTL. HEINECCIUS in præfat. GVNDLINGIANIS *exercitationibus* præmissa, & DANIEL GEORGIUS MORHOFIVS in *Polyhistore* T. III. L. VI. Sect. III. §. 7. satis superque hanc materiam dilucidarunt.

§. X.

Aequitati repugnaret, si ARTIS SALVTARIS GNARI usu, quem numi comparant, privarentur. Hinc multa illis adfunditur lux in rerum naturalium scientia, quam augent & ornant illi numi, qui naturam & formam animalium, item plantarum, terris nostris ignotarum, figuram repræsentant. g)

§. XI.

Quod enim, ut rem accuratius perlustremus, ad RERVM NATVRALIVM SCIENTIAM spectat, in numis quibusdam

*Feræ sylvestres*, ut

elephas, camelus, dromas, Rhinoceros, monoceros, hyæna, alce, caprea, rupi-

D 2

capra,

g) ALDROVANDVS ille VLYSSES illustrandis iis, quæ circa animalium symbola jam ediderat, aut de novo apparabat a PEIRESCIO multa, maxime vero Asiatica, habuit numismata, teste GASSENDO in *vita* PEIRESCII p. m. 35.

capra, ibex, oryx, dama, pygargus, tragelaphus, f. hirco-cervus, aries sylvestris, cerva cornuta, panther, panthera, tygris, lynx, bison, f. bonafus, urus,

*aquatiles,*

hippotamus, crocodilus, delphinus, pelamys, polypus, sepia, cammarus, pompilus, aper & porcus marinus,

*animalia ficta,*

capricornus, sphynx, syren, stymphalides, scylla, chimæra, hydra, cerberus, gryphes, pegafus, centaurus, minotaurus, phoenix,

*plantæ,*

silphium cyrenaicum, lotus Aegyptiaca, strobilus, f. nux pinea, rosa f. balauftium, mala punica, f. medica f. Hesperidum, pruna Damascena, arbor thurifera, dictamnium Crétense, ficus ruminalis f. rumina, nymphaea alba, apium, balsamum

elegantibus imagunculis exprimuntur, quod respectu historiæ animalium copiosius & solidius describit SPANHEIMIVS libro citato T. I. p. 165. - 292. & respectu plantarum *ibidem* p. 293 - 367.

§. XII.

HISTORIAE ROMANAE cognitio in-  
primis & illustratur, & confirmatur, & emen-  
datur h) iis numis, quibus

familiarum Romanarum, dictatorum, consu-  
lum, praetorum caesarumque, eorumque  
conjugum, sororum, filiarum, filiorum,  
nepotum,

imagines, nomina, praenomina, cogno-  
mina, origo, insignia, magistratus, digni-

D 3 tates,

- h) Omnis historia numis illustratur & confirmatur.  
Quapropter summi elaborarunt viri, ut numis hi-  
storiarum monumenta illustrarentur. Sic GVILL-  
ELMVS ERNESTVS TENZELIVS *Saxoniæ numis-  
maticam lineæ Ernestinae & Albertinae* edidit,  
utriusque simul domus historiam describens; Lips.  
& Frf. 1714. CLAVDIVS MENETREJVS *Hi-  
storiam Ludovici magni, numis illustratam*, emisit  
Parisiis 1691. In *historia pontificum Summorum a  
Martino V. ad Innocentium XI. per eorum numi-  
smata* desudavit CLAVDIVS MOLINETVS, Lute-  
tiaë Paris. 1679. BIZOTVS lingua Belgica *historiam  
reipublicæ BATAVORVM ex numis descripsit*,  
Amst. 1690. VAILLANT *Seleucidarum imperium  
ex numorum serie* demonstravit, Paris. 1681. &  
IDEM *regum Partborum historiam*, Paris. 1725. Ad-  
de HVBERTI GOLZII *Siciliam & magnam Græ-  
ciam ex antiquis numismatibus*, Antv. 1617. *Il re-  
gno di Napoli, e di Calabria, descritto con medaglie* da  
MARCO MAIER, Lione, 1717. *La Sicilia* di FI-  
LIPPO PARVTA, *descritta con medaglie con Ag-  
giunta* da LEON AGOSTINI, Lione 1697. Qui-  
bus ex scriptis patet, multorum *regum populorum-  
que historiam* numis, ceu lapide historiarum lydio,  
probari, confirmari, illustrari.

tates, tituli, honores, res gestæ, virtutes, series continua, liberalitates, profectiones, adventus, reditus, victoriæ, triumphi, expeditiones bellicæ, allocutiones exercitus, deductio coloniarum, restitutio & reparatio civitatum, remissio onerum, vehiculationis & reliquorum, pax, fœdera, opera, ab iis extracta, indicantur.

Belle de usu numorum in *Historia* differit HENRICVS MEIBOMIVS in Progr. de usu numorum veterum in illustranda veterum Romanorum historia, Helmst. 1684. JOSEPHVS ADDISONIVS in libro jam citato de usu & præstantia numorum; LANGLET DV FRESNOY en methode pour etudier l'histoire chap. XV. p. 320. seqq. JO. FRANCISCVS BVDDEVS in *Isagog. historico-theol.* p. m. 176. SPANHEIMIVS T. I. p. 368-559. & JO. OLIVA RHODIGINVS in *Orat. de numorum veterum cognitione cum historia conjungenda* habita Venetiis 1717. quæ extat in celeb. JO. ERHARD. KAPPII *clariss. viror oratt. selectis* p. 554. seqq. Numorum usum in *Chronologia* præter alios dilucidarunt JOANNES HARDVINVS & FRANCISCVS BIANCHINVS.



§. XIII.

GEOGRAPHIAE VETERI haud tenue adjuvmentum numi praestant, dum celebria fere quæque per Asiam, Africam, Græciam, Thraciam, Macedoniam, Siciliam, Italiam, Hispaniam, Germaniam, aliasque regiones, oppida, eorum deos, conditores, restitutores, sacra, jura, prærogativas, decora & ornamenta, colonias deductas, restitutas, municipia, magistratus, concordiam & communionem civitatum, ludos, acta, autonomiam, animalia, plantas, certis figuris symbolisque exhibent, & gentilium nominum nos docent formationem. i)

§. XIV.

Restat, ut de usu rei numariae RESPECTU HOMINVM differamus. Patet nimirum ex iis, quæ supra diximus, hanc scientiam omni erudito perutilem & pernecessariam esse. Hoc loco tantum monemus, eruditis *hominibus, privatam præsertim vitam agentibus,*

D 4

i) Hinc bene nos docet JO. DAVID KOELER in *descriptione orbis antiqui in tabb. XLIV.* exhibita, Norimbergæ, cura Weigeli, und in *seiner Einleitung zur alten und mittlern Geographie*, Nürnberg, 1730. in omnibus fere mappis Geographicis urbium populorumque symbola.

*bus, & meliori fortuna gaudentibus, eo allaborandum esse, ut hujus se utilitatis participes faciant, eamque cum aliis deinde communicent; ex ipsis videntes numis illustrium philosophorum & sapientum imagines, honoresque cognoscentes, quibus eos prosequeretur antiquitas.*

§. XV.

*Principum autem & civitatis primatum interest, hanc in antiquitatem summam ut impendant operam, quum boni principis pariter ac boni civis officia satis superque exponat. Huic igitur doctrinae maxima facultate ejusmodi priscaevi reliquias exquirendi, colligendi, instruendi, illustrandi praeter caeteros ornati magnificentius indulgeant principes, id quod copiosius & pro more suo elegantissime suadet JO. GVIL. BERGERVS in *Oratt. Selectior.* p. 289. seqq.*



CAP.

CAP. III.

DE NVMORVM SYMBOLIS, SIGNIS  
ET ORNAMENTIS.

CONSPECTVS.

- |  |  |
|--|--|
| §. I. De utraque numerorum facie,  | bibus cusorum, & de eorum insignibus & epochis,                                      |
| §. II. De Antica in numis consularibus,                                    | §. XV. Sittit auctores, numos Consulium, Imperatorum & Coloniaram &c. illustrantes,  |
| §. III. In numis Imperatorum, &  |  |
| §. IV. Coloniaram, municipiorum, urbium,                                   | §. XVI. Symbola exhibet singularia, ut dijudicentur numismata,                       |
| §. V. De Postica numerorum consularium,                                    |  |
| §. VI. VII. VIII. IX. X. Numerorum, quos Imperatores cudi iusserunt,       | §. XVII. De inscriptione & ornamentis numerorum,                                     |
| §. XI. XII. XIII. XIV. de Postica numerorum, in Coloniis, municipiis & ur- | §. XVIII. Viam ostendit facilem, ad explicanda & dijudicanda varia numerorum genera. |

§. I.

Cujuslibet fere numi duæ sunt facies altera *Postica*, l) altera *Antica*, m) & in utraque considerandæ veniunt *figura & inscriptio*.

D 5

An-

- l) De Etymologia vocis *Postica*, cf. VOSSIUS in *Erymolog.* p. 467.  
m) de origine vocis *Antica*, FESTVS in *Posticum*, & VARRO de *L. L.* VI, 2.

*Antica* dicitur, in qua figura numi exhibetur principalis; *Postica*, in qua figura numi minus principalis repræsentatur; *figura*, in qua personæ, numerus, actio & res ipsa proponitur, cujus in usum s. favorem numus est cusus; *inscriptio*, quæ figuram numi explicat, &

respectu *facierum*

alia est Anticæ frontis,  
alia Posticæ,

respectu *loci*, ubi conspicitur

aut margini numi,  
aut figurarum lateribus,  
aut basi numi inscripta.

Si qui numi nec figuram, nec inscriptionem in Postica ferunt, argumento id est, aut eos esse *incusos*, n) aut *novos*, si perpaucos exceperis.

## §. II.

*Figura numi principalis* in o) CONSVLARIBVS, iisque antiquissimis numis *genius Romæ galeatus*, aut *alia Dei cujusdam imago* est,

- n) *Numi incusi* sunt numi, in quibus altera pagina monetariorum vitio deficit.  
o) Signabantur primum numi in honorem *consulum*, ut scripta Romanorum testantur, a triumviris rei monetariæ a. u. c. CCCCLXXXIV.

est, cujus in tutela gens illa fuit, cui numus a triumviris monetalibus honoris memoriæque causa dicabatur. Itaque qui numi *Romuli*, aut *regum sequentium*, aut *Scipionis*, *Luculli*, *Reguli*, *Metelli*, *Caldi*, aliorumque effigies referunt, a posteris illorum, triumvirorum A. A. A. F. F. numis adeptis & fictis, ostentandæ sui generis antiquæ nobilitatis gratia, aut, ut majorum honorem & gloriam perenniorem redderent ac honoratiorem, cudebantur. p) Tandem observemus necesse est, quod, labente Romanorum republica, triumvirorum *C. Ful. Cæsaris*, interfectorum ejus, & aliorum, paludamento pariter ac toga illustrium virorum vel vultus, vel thoracatæ effigies, primum in numis cæptæ sunt exhiberi.

§. III.

In numis *Imperatorum* figuram principalem constituunt eorum **VULTVS**, aut **EFFIGIES THORACATÆ**,

nunc una,

nunc in eadem numi fronte plures

sive Augustorum,

sive Augustarum,

sive Cæsarum,

sive principum juventutis utriusque sexus.

At-

p) cf. supra Sect. II. c. I. §. V.

Atque horum quidem CAPITA  
nunc *nuda*, q)  
nunc *recta*, f. *amicta* r) apparent.

*Nuda* videas capita in numis multis *Augusti, Neronis, Galbæ, Othonis, Adriani*, maxime in principum juventutis, nondum imperio potitorum, nisi aliqua insigni victoria eminuerant.

*Tecta* sunt plerorumque inde a *C. Julio Cesare* Augustorum capita *laurea* s) cui successit a *Constantini M.* ætate *diadema*, t) & *Justiniano I.* auctore, *corona*. u)

*Corona radiata*, quæ alias non nisi in Deos relatorum

Augu-

q) *Caput plane nudum* plerumque *fili imperatoris*, siue veri, siue adoptivi indicium facit, aut indigitat principes, qui nunquam imperio fuerunt adnoti. JOBERTVS p. 181. seqq.

r) *Caput rectum seu amictum* est diademate, galea, corona, &c.

s) *Laurea imperatorum* candida interdum fascia præligata est.

t) *Diadema* fuit fascia alba f. candicans, ut allatis plurimis auctorum locis JVSTVS LIPSIVS *ad Annales* TACITI L. VI. c. 42. probat. Sed etiam album purpureo interdum distinguebatur, ut *Alexandri* diadema apud CVRTIVM L. III. c. 3.

De ætate, ex qua Imperatores eo usi sunt cf. AVREL. VICTOR *Epitom.* c. XXXV. & ad eum ANNA FABRA, & SPANHEIMIVS *Diff.* V. p. 456. sqq. *Diff.* VIII. seqq.

u) cf. CAROL. PASCHAL. *de coronis*, L. IX. c. 16.

Augustorum decus x) erat, se vivum NERO  
ornavit.

*Carona civica*, ob servatos cives, IMPERA-  
TORES ALII PLVRIMI; z)

*leonina pelle* COMMODVS & ALEXANDER  
SEVERVS;

*apio* aa) NERO;

*loro* bb) ADRIANVS,

*corona pontificali* cc) M. ANTONINVS  
CARACALLA,

*flammeolo & vitta*

vel propter administrata sacra, vel quod  
relati in Deos essent, ALII IMPERA-  
TORES, quin &

*galea,*

x) Vide JOBERTVM p. 184. & FLORVM L. IV. c.  
2. cf. PASCHAL. l. c. ibid. & GOETZII Diff. de  
numis p. 151.

z) quam coronam etiam ipsi distribuerunt imperato-  
res, TACIT. *Ann.* L. III. c. XXI. L. XV. c. XII. &  
ad eum celeb. JO. AVGVST ERNESTI obs. T. I.  
p. 791. quæ maximum erat civis cujusdam ornamen-  
tum, teste PLINIO in *Histor. natur.* L. XVI. c. 4.  
& POLYBIO L. VI. c. 35.

aa) *Apium* in conviviis sepulchralibus primum adhi-  
bebatur, JOANNES KIRCHMANNVS de *funeribus Romanorum* L. IV. c. 7. tum in quibusvis  
epulis, iudice HORATIO L. I. od. XXXVI. tan-  
dem in ludis, quod docent CALLIMACHVS & PLI-  
NIVS.

bb) De *Loro* cf. HOMERI *Odyss.* I. v. 3. seqq. & DE-  
SIDERIVS ERASMVVS in *adagiis.*

cc) de qua PLINII *Historia naturalis* L. XXIX. c. 5.  
L. XXXV, c. 10. & TERTVLLIANVS de *Idolola-  
tria* L. X. c. 18.

*galea, &*  
*arietino* f. *taurino cornu* ad robur atque potentiam significandam suum ornari caput iusserunt.

THORACATAE autem EFFIGIES manu vel *globum*, alata victoriola insignitum, vel signo crucis,

vel *sceptrum*, in cuius cuspide globus & aquila; signum armis acquisiti imperii,

vel *jaculum*, quod quidam in humero etiam gestant,

vel *arundinem*, f. *ferulam* & *ραβδον* dd) tenent.

*Fulmina*, ad caput *Imperatoris* apposita, summam ejus ac pæne divinam potentiam & justitiam,

*Clava HERCVLIS* cum *leonina pelle* virtutem ac robur Herculeum,

*Acacia* ee) curam salutis civium denotant.

AV.

dd) de *Ferula* MARTIALIS L. XIV. ep. XXC. JUVENAL. *Satyr.* I. v. 15. Sat. VI. v. 478. cf. PLIN. L. XIII. c. XXII.

ee) Proprie *Acacia* spina est Aegyptiaca, candida & nigra, fructum ferens in filiqua, leguminum modo, quam DIOSCORIDES in Ponto Cappadociaeque nasci tradidit L. I. c. 115. cf. THEOPHRASTVM L. IV. *hist.* 3. Deinde *Acacia* virtus est, quæ aliena est a malitia. SVIDAS ideo: *ἀκασία ἢ ἀγασθου-  
ρη καὶ ἢ ἰατρικὴ βοτάνη.* MATTHIAE MARTINI *Lex. Philolog.* p. 7. edit. Bremens. 1623. cf. CICERO de *finibus* L. V. c. 87.



AVGVSTARVM capita revinctis in nodum capillis & more Romano varie ornata, nec coronis tamen, nec diadematibus, nisi post *Constantinorum* tempora, decorata invenimus.

Cæterum paucissimi numi carent effigie, & in Antica non nisi Imperatoris nomen gerunt, qualis est ille *Augusti & Vitelli*, de quo JOBERTVS p. 44.

§. IV.

In numis *Coloniæ, municipiorum, urbium*, re publica adhuc libera cufis, principalem fere figuram constituit *Romæ genius galeatus vel laureatus* cum inscriptione: *αγιος συγκλητος, θεος συγκλητος, ιερα συγκλητος*, Senatus Augustus, interdum & genius tutelaris ejus urbis, aut coloniae, quæ numum cudi curavit, nisi, quod raro factum, vel *inscriptio, circulo inclusa*, omne Anticæ spatium expleat, vel alia insolita figura. Qui sub imperatoribus cufi sunt, effigiem Imperatoris in Antica ferunt, cum solita nominum ac titulorum inscriptione, exceptis paucis, qui loco ejus Deum aliquem aut Deam præferunt.

§. V.

In *POSTICA* *numorum consularium* antiquissimorum

1. *prora* conspicitur, unde *ratini* dicti, OVID. *Fast.* I. v. 229.

2. *Castor & Pollux*, equites, ff)

3. aut *victoria*, bigis quadrigisve vecta, unde *victoriati*, *bigati*, *quadrigati* appellabantur.

CHRYSOSTOMVS HANTHALE-  
RVS *de numis* p. 165. seqq: THO-  
MAS DEMPSTERVS ad RO-  
SINVM L. VIII. c. XXXI.

Postero tempore, ut gestarum rerum memoria a majoribus & honorum ad posteros transmitteretur, triumviri monetales in numis

*insignia magistratuum*; fellas currules, fa-  
sces, secures, gubernacula, tripodem cum  
cornice & delphino, quindecimviro-  
rum sacris faciundis insigni, gg)

*signa*

ff) qui alias sapius apparent, una cum Hercule in  
numis *Lacedemoniorum*; siehe die Geschichte der  
königlichen Academie der Wissenschaften zu Paris,  
im Iren Theile, p. 266. seqq.

gg) cf. BURKHARD GOTTHELF STRUVII *Antiq.*  
*Romanas* c. XII. p. 603. VALER. FLACC. L. I. 5.  
SERV. ad VIRGIL. *Aen.* L. III. v. 332.

*signa* item *triumphalia*; currus triumphales, fercula, corollas, lauream, militaria signa, vexillaque, item & spolia, exuvias & prædam,

nec non *pontificalia*; simpuvium, securim, apicem & filamina, pelvim, fuffibulum, tutulum, galerum, aspergillum, cultum, denique &

*auguralia*, lituum, hh): pullos gallinaceos, corollam, aves volantes, posticis numorum imprimi curabant.

Obf. I. Quod si in iisdem literæ singulæ aut puncta appareant, *partes asses, numique pretium* indicatur, ita ut

X. *Denarium*;

V. *Quinarium* f. *victoriatum*,

S. *Semiffem*.

L. *Libram*, f. *assem* & *pondo*.

LLS. *Sestertium*, f. *duos asses cum dimidio*,

Punctum unum (·) *unciam*,

Duo puncta (··) *sextantem*,

Tria puncta (···) *trientem*,

quatuor denique (:·) *quadrantem* significant. PATINVS p. 49.

Obf. II. *Aucto numorum pretio, aut imminuto id ipsum in numis notabant*. Invenimus enim, quod

E

XVI.

hh) De lituo, cæsaris auguratus symbolo, GOETZIVS in *Diff.* p. 49. & p. 80.

- XVI. sedecim cum Denarius asses valeret,  
 VIII. quum quinarius, octo asses pretio æ-  
 quaret,  
 III. quum festerius quatuor asses conti-  
 neret.

Obf. III. *Litteræ S. C.*, in media postica ad  
 utrumque latus positæ, innuunt cufos esse  
 numos auctoritate Senatus publica, ex in-  
 flituito reipublicæ & legibus monetariis.  
 Qua de formula confer. *Historiam regie  
 scientiæ scientiarum Parisinæ*, T. I. p.  
 295. seqq.

Obf. IV. Cæterum crebra in numis consularibus  
 fit mentio *triumvirorum monetario-  
 rum*, ii) & sub C. Jul. Cæsare *quatuorvi-  
 rorum* A. A. A. F. F. II)

*trium virorum sanitatis seu valetudinario-  
 rum*, mm)

*duumvirorum vel triumvirorum colonia-  
 rum*, nn)

*duumvirorum vel triumvirorum & septem-  
 virorum convivalium*, oo)

*cura-*

ii) cf. supra Sect. II. c. I. §. 8.

II) SPANHEIMIVS T. II. p. 167.

mm) quod annotavit ideim SPANHEIMIVS T. II.  
 Diff. X. p. 15. & ROSINVS L. III. c. XXI. Adde  
 Gorham *numariam* c. VI. p. 229.

nn) de quibus CAROLVS SIGONIVS *de antiquo ju-  
 re Italico* L. II. c. IV. & VIII.

oo) cf. AVLVM GELLIVM L. I. c. XII. ALEX. AB  
 ALEX. L. III. c. XVI. LILII GREGORII GYRAL-  
 DI *Synt. Deor.* XVII. p. 48t.

*curatorum Denariorum flandorum, pp)*  
*ædilitum, qq)*  
*quæstorum,*

quibus dignitates, republica adhuc libera, usitatæ indicantur.

Obs. V. Adde, quod in iis numis haud raro reperiuntur *instrumenta monetaria*; incus, malleus, forceps, insignia videlicet triumvirorum monetariorum.

§. VI.

*Imperatorum* temporibus *Posticas* numerum plerumque *ambitio principum & clientum adulatio*, ut æterna esset imperatorum gloria, signavit. In iis vero

vel CERTAE PERSONARVM IMAGINES,  
 vel MONVMENTA,  
 vel RERVM GESTARVM SIGNA,  
 vel INSCRIPTIONES conspiciuntur.

§. VII.

IMAGINES nunc

vel *Imperatorum*,  
 vel *conjugum*,  
 vel *filiorum & filiarum*,

E 2

vel

pp) videatur JANVS GVILIELMVS de *magistr. populi Romani* c. 17.

qq) & ædilitium coloniarum & municipiorum, de quibus EVERHARDVS OTTO in peculiari tractatu, Frf. 1713.

vel *collegarum*,

vel *amicorum regum*, *vultus*

aut nativa similitudine,

aut sub Dei alicujus Deæve habitu

nunc Dei Deæve illius, quam

vel præcipue coluerunt Imperatores,

vel urbs & colonia, quæ numum

cudi curavit,

nunc virtutis, qua potissimum eminere visus  
est imperator, repræsentat.

§. VIII.

MONVMENTA templorum, portuum,  
pontium, curiarum, theatrorum, amphithea-  
trorum, viarum, macellorum, thermarum,  
arcuum triumphalium, variorumque ope-  
rum ab ipsis vel exstructorum, vel amplia-  
torum, vel restitutorum his in numis con-  
spiciuntur. rr)

§. IX.

RERVM GESTARVM SIGNA sunt  
arcus triumphales, victoriolæ, signa militaria,  
vexilla, aquilæ, tropæa, catenis ligata manci-  
pia, naves corollis ornatae, manus unitæ, con-  
giaria repræsentata, ludorum spectacula, bel-  
læ scilicet bestięque, peregrina animalia,  
pere-

rr) cf. Supra Sect. II. c. II. §. I.

peregrinae plantae, naumachiarum imagines cum dierum numero, nec non gestarum dignitatum insignia, nimirum pontificatus, auguratus, consulatus, tribunatus, ductique in hostes exercitus. Inprimis autem rerum gestarum gloriam adaugent tituli, in margine scripti, quibus Imperatores, victores gentium, patres, auctores beneficiorum, summamque dignitatum, & tribuniciae ss) potestatis ob libertatem publicam participes declarantur.

§. X.

INSCRIPTIONES, quae medium posticae spatium explent

ALIAE numos auctoritate publica cufos Senatus consulto s. Δ. E, i. e. *δημοκρατίας ἔξουσίας*, ut in numo Trajani, cf. JOANNIS HARDVINI *Opp. Sel.* p. 747. & LAURENTII BEGERI *Thesaur. Brandenb. contin.* p. 651.

ALIAE annos consulatus & epocharum species, tt)

E 3

ALIAE

ss) CHRIST. GOTTLIEB SCHWARZIVS de Augustorum Caesarumque Romanorum tribunitia potestate, Altdorf. 1715. IDEM de numeranda tribunitia potestate Augustorum Caesarumque Romanor. ibid. 1721.

tt) veluti in numis Aurelii, primi decennales Cos. III. & in Augusti: Imp. Cæs. Aug. Ludi saeculares votis V. X. XII. &c. cf. FRANCISCI MEDIOBAR-

BI

ALIAE *Imperatorum*vel *res gestas*, vv)vel *beneficia in cives collata*, xx)vel *virtutum elogia*, zz)vel *vota civium pro principum salute*, a)

nunc verbis explicite, pleneque scriptis, b)

nunc

BI *Numismata* a PHILIPPO ARGELATO *aucta*  
p. 222. 261. &c. ANSELMI BANDVRI *numism.*

*Imp. T. I.* p. 156. 186. &c. VAILLANT *in select.*

*Numism. e museo DE CAMPS*, Parisiis 1694. p. 49.

vv) ut, *victoriam Germanicam*, in numo *Aurelii* de quo  
VAILLANT *in numism. Imp. Rom. praestantioribus*,  
T. I. p. 83.

xx) qualia numi *Galbae* exhibent, hac in corona civica  
inscriptione: Ob cives servatos S. P. Q. R. ME-  
DIOBARBVS p. 100.

zz) veluti in Numis *Trajani*: Optimo principi,  
VAILLANT l. c. T. I. p. 50. MEDIOBARBVS  
p. 153. seqq. BEGERI *Thes. Brand. continuat.* p.  
651. & *Antoninus Pius & Constantinus Maximus* in  
numis eadem inscriptione gaudent. MEDIOB. p.  
194.

a) e. g. *Libertate P. R.* restituta ex *senatus consulto*  
in numo *Vespasiani*, & in numo *Hadriani*: *Felicitate*  
*Augusti*; NVMI DVCIS CROYIAC. tab.  
XXXVIII.

b) ut in numo *Augusti*: *Jovi optimo maximo S. P.*  
*Q. R. vota suscepta pro salute Imp. Cæs. Aug.* quod  
per eum *respublica* in ampliore atque tranquilliore  
statu est; & alibi: *Vota P. suscepta, pro salute*  
& *reditu J. O. M. sacri.* MEDIOBARBVS p. 31.  
BEGER. in *Thes. Brandenb. contin.* p. 609.



nunc per literas vocum c) initiales significatis exprimunt.

§. XI.

Numi a COLONIIS, MVNICIPIIS, VRBIBVS cusi in *posticis*

nunc *nomen*,  
nunc *insigne*,  
nunc *utrumque interdum simul*,  
*epochas &*  
*privilegia* sua repræsentant.

§. XII.

*Nomen* nunc *integrum*, nunc per *initiales litteras* indicant, nunc per *monogramma*.

Per *Monogramma*, f. litteras in modum frondium atque ramorum utrinque diductas, quo vel vocem integrain, vel partem ejus sistant, ut in numis inferioris ævi monogramma Christi sæpius occurrit, quod fufius docet JO. BVRCH. MENKENIVS in Diff. de *Monogrammate Christi*, Lips. 1696.

Per *initiales litteras*, quum exempli gratia per Π Paphos, per Σ Samos significatur, & in Numo Gordiani Pii: P. M. S.  
E 4 COL.

c) Sic in numo *Constantii Chlorig*: Sacr. Mon. Urb. Augg. & Cæs. N. N. & in numo *Gallieni*: Restit. Galliar. BANDVRI l. c. p. 176.

COL. VIM. AN. II. i. e. Provinciae Moesiæ superioris Colonia Viminacium anno secundo. cf. VAILLANT *Numism. Imp. in Colon. percussa* T. II. p. 152.

Nunc ponitur integrum, ut in numo *Philippi* patris: Provincia Dacia. VAILLANT l. c. T. II. p. 178, ut in numo *Alex. Magn.* ΝΙΚΑΙΕΩΝ, CAROLI PATI- NI *Numi Imp. ex ære med.* p. 351.

Observatio.

*Multi numi in basi non urbem solum indicant, sed etiam officinam monetariam, in qua cusi sunt. Urbem per litteras initiales, d) aut partem nominis, e) officinam f) autem per litteras, quibus numeri notantur, produnt.*

### §. XIII.

- d) ut P. T. i. e. Percussa Trevis, f. TROB. in rarissimo numo *Valentis*, i. e. Trevis obsignatum, BANDVRI *Numif.* p. 261. seqq. ut SIRM. i. e. Sirmii Pannoniæ, BANDVRI *ibid.* p. 316. seqq.
- e) qualis est in numo *Valentiniano*: Lug. P. S. i. e. Lugduni pecunia signata, BANDVRI l. c. p. 476.
- f) ut in numis sæpius CONOB conspicitur, i. e. cufus, CONSTANTINOPOLI in Officina B. f. secunda. Constantinopoli enim major numerorum copia signabatur, quam alibi; unde etiam ibi in officina monetaria plures adesse oportebat operarios, quod recte explicat JOBERTVS p. 100. f. ut alii volunt, CONSTANTINOPOLI obsignatum, f. Constantinopoli Moneta obsignata, (si scribatur COMOB.) cf. *Histoire de l'Academie des Inscriptions & belles lettres*,

§. XIII.

*Insignia provinciarum, coloniarum, municipiorum, urbium*, certa sunt symbola, quibus, etiamsi nomen adscriptum non sit, dignoscuntur. Sic

*Asia*, serpente & gubernaculo;

*Africa*, proboscide elephantino, scorpio, serpente, leone, montibus, galeato capite;

*Oriens*, effigie thoracata, & quidem juvenili, cum capite radiato;

*Aegyptus*, fistro, ibi, g) crocodilo; h)

*Achaja*, urna, floribus referta;

*Mauritania*, equo & flagello;

*Macedonia*, auriga, virgulis armato, interdum & clava Herculis;

E 5

Sici-

à Paris T. I. p. 360. seqq. & *Journal litteraire d'Allemagne*, T. II. p. 358. & CHRISTOPH. AVGVSTI HEVMANNI *Sylog.* T. I. P. III. p. 670. seqq. Eadem est ratio cum hac notula, quam exhibet numus Valentis: S. I. S. C. P. Z. SISCIAE percussa, & *ro* Z. officinam septimam denotat.

g) Nigra in Aegypto ciconia.

h) De Crocodilo Aegyptiaco cf. FRANC. MEDIOBARBI *Imp. Rom. numismata* Mediol. 1683. p. 27. VAILLANT *numismata Imp. Roman.* T. II. p. 20. SPANHEIM *Diff.* IV. p. 175. seqq. CICER. *de nat. Deor.* L. I. c. 29.

*Sicilia*, i) capite inter tria 1) crura posito, scutoque aristis ornato;

*Pannonia*; fœminis duabus, more gentis vestitis, & instructis vexillis;

*Gallia*, fœmina sagata, gæsûm ferente;

*Dacia*, fœmina, jaculum, cui caput asinum, vel equinum, vel bubulum, præfixum, manu tenente, armis insidente cum palma & vexillo;

*Italia*, regina, globo insidente, sceptrumque tenente, & coronam in capite exornato turritam gerente cum cornu copiae;

*Hispania*, cuniculis, fœmina sagata, cum jaculis duobus & clypeo;

*Britannia*, clavo, prora, parma & jaculo;

*Germania*; fœmina hastata, clypeum ferente;

*Armenia*, mitra, arcu, sagittis;

*Par-*

- i) De *numis Siculis* SPANHEIMIVS l. c. D. III. p. 144. cf. *Numos* a GRONOVIO T. III. Tab. LXXX. literis XXXX. AENEA VICO Tab. III. n. 4. p. 42. repræsentatos; WOLFG. LAZIVM, in *GRAECIA antiqua* L. II. c. III. & PHILIPPVM DI PARVTA in *numis Siculis*, Romæ 1649. In aliis, observes, numis Siculis iidem globi, vel, si mavis, eadem coronæ eminent; sed Syracusani aliquot numi pisces habent, alii quadrigas olympicas, alii luctantium ac currentium hominum effigies.

- 1) quo symbolo tria Siciliae promontoria intelliguntur;

*Parthia*, fœmina Parthicis induta vestibus,  
arcu, sagittis armata;

*Mesopotamia*, fœmina inter duos fluvios m)  
stante cum mitra;

*Cappadocia*, corona turrita, vexillo, monte;

*Bithynia*, schedula volante;

*Arabia*, camelo, n) arbusculis balsami ac  
thuris;

*Judea*, trabea, & palma o) denotatur.

Observ. I.

*Europa peculiari signo non gaudet.*

Observ. II.

*Universalis & communis numorum, a Coloniis  
signatorum nota hæc est, cum averfa pagina  
boves cum Sacerdote, aratrum agente, aut  
militaria signa tantum exhibet.*

Observ. III.

*Coloniae in Italia p) principis caput in numis  
non exprimunt; JOBERTVS p. 254.*

Ob-

m) *Tigridem* nimirum & *Euphratem*.

n) De camelo Arabia GERH. JOANNES VOSSIVS  
de orig. & progressu Idololatr. l. 3. c. 71. & PHILIP-  
PVS PICINELLVS in mundo symbolico L. V.  
c. IX. p. m. 348. PLINIUS l. c. L. VIII. c. 18.

o) Palma ideo, quia pars est Phœnicia, cui peculia-  
ris est palma; ZACH. GOETZIVS in *Diff. de nu-  
mis* p. 269. SPANHEIMIVS D. VI. p. 335.

p) quorum numerus excedit CL. si JVSTO LIPSIO  
fides est habenda in libro *de magnitud. Rom.* L. I.  
c. 6.

Observ. III.

*Cessant finito Caligulae imperio numi coloniarum Hispanicarum.*

Observ. V.

*Cessant cum Gallieno fere omnes numi Imperatorii ab urbibus Graecis, aut coloniis cusi.*

Observ. VI.

*Coloniarum Duumviri saepius his in numis apparent.*

§. XIV.

In Epochis notandis Graeci etiam ad infimum imperium multo diligentiores, q) quam Latini fuere, quod ex Epochis Syro-Macedonum HENRICI NORISII, r) & ex historia regum Syrorum s) VAILLANTII probamus. Romani autem temporum discrimina per consulatus & tribunatus denotarunt maxime, nisi quod a Justiniani aeo per numeros etiam in numis sunt significata. Coloniae annos in numis a conditu suo notabant, vel numeris, minores majoribus praeposendo, t)

vel

q) loquimur hoc loco de numis Imperatorum.

r) editis Florentiae, 1690.

s) quae Parisiis 1681. lucem adspexit publicam.

t) Sic in numis Antiochiae Δ. M. non M. Δ. JOBERTVS p. 92.

vel integris vocibus. v)

*Græcæ* autem *coloniæ* imprimis των νεωκορων x) aut ἀρχιεραων, z) annorum epochis utebantur.

Observ.

Annus regni inscriptioni semper fere jungitur; sed annus urbium ac coloniarum, a quibus procusi sunt numi, in ima basi ponitur.

Privilegia denique a senatu vel Imperatoribus indulta *coloniæ* potissimum *Græcæ* in numis suis diligenter notarunt, in quibus quippe voces *ἱερας, ἀστυς, ἀυτονομς, ἐλευθερας, ναυαρχιδος κολωνιας* legimus, si quæ urbes jus templorum, asylorum, legum propriarum, juris Latii, portus maritimi, immunitatis a tributis obtinuerunt.

§. XV.

De AVCTORIBVS, numos CONSVLVM, IMPERATORVM, & COLONIA-RVM illustrantibus, hanc habeto notitiam.

I. Numos CONSVLARES s. FAMILIARVM exhibent & illustrant;

Fa-

v) e. g. Ετους Δεκατου, five E. T. A. B. &c.

x) G. E. ZEIBICHII *observat. ex numis antiq. sacr.* p. 40.

z) ut < Z i. e. Λυκαβαυτος Z anno septimo.

*Familiae Romanae FVLVII VRSINI, Romæ, 1577. a)*

ABRAHAMI GORLAEI *thesaurus numismatum Romanorum, ad familias Romanas spectantium usque ad obitum Augusti, Amst. 1608.*

ANONYMI *Epitome histor. famil. Romanarum, Hafn. 1662.*

CAROLI PATINI *familiae Romanae in antiquis numismatibus, ab V. C. ad tempora divi Augusti; ex bibliotheca FVLVII VRSINI, Paris. 1663.*

ANDR. MORELLIVS *de numis consularibus, epistola ad JACOB. PERIZONIVM, Arnstad. 1701. Responsonem adjecit PERIZONIVS dissertationi suæ de Ære Gravi, LB. 1713. editæ.*

VAILLANT *de numis antiquis familiarum Romanar. Amstel. 1703.*

THESAVRVS MORELLIANVS, *s. familiarum Romanarum numismata omnia, disposita ab ANDR. MORELLIO, ex edit. & cum commentar. SIGEBERTI HAVERKAMPI, T. I. II. Amst. 1734.*

II. *Numos IMPERATORVM ostendunt pauciter ac explicant & illustrant;*

ANDR. FVLVII *illustrium imagines, Romæ 1517.*

JO.

a) & Parisiis 1663.



NVMARIAE COMPENDIVM. 79

JOANNIS HVTTICII *de Imperat. Roman. libellus una cum imaginibus ad vivam effigiem expressis*, Argent. 1525. b)

JOANNIS CVSPINIANI *tract. de Cæs. & Imp. Rom.* Argent. 1540. c)

WOLFGANGI LAZII *respublica Romana*, Viennæ. 1551.

JACOBI DE STRADA *Epitome Thesauri d) antiquitatum, b. e. Imp. Rom. Iconum ex antiquis numismatibus, e)* Lugd. 1553. f)

AENEAE VICI *numismata XII. Imperatorum*, Venet. 1553.

EJVSDEM *omnium Cæsarum rarissimæ Imagines, ex antiquis numismatibus desumptæ*, Venet. 1554.

ANO-

b) recus. Lugd. 1550. & 1554. & Argentor. 1534. & 1537.

c) Bafil. 1561. & Frf. 1601.

d) ipse *Thesaurus* prodiit Lugd. 1551. cui titulus: *Thesaurus antiquitatum, sive imperator. Roman. orient. & occident. Icones ex antiquis numism. delineatæ.*

e) Hunc librum eodem anno JO. LOVVEAV, Aurelianensis, Gallice edidit, cui est titulus; *Epitome du Thresor des Antiquitez: c'est à dire, Portraits des vrayes medailles des Empereurs, tant d' Orient, que d' Occident, de l'estude de JACQUES STRADA, traduit par JEAN LOVVEAV, d' Orleans, à Lyon 1553.*

f) & Tiguri. 1558. & Paris. 1619.

- ANONYMI *series Imp. Romanorum*, Antv. 1557. g)
- SEBASTIANI MVENSTERI *Cosmographia universalis*, Bas. 1559. h)
- AENEAE VICI *commentarius in vetera i) Imperat. numismata*, Venetiis. 1562.
- THOMAE TARTERI *Rom. Imp. effigies a Caj. Jul. Cæsare ad Rudolphum II.* Romæ 1590.
- LEV. HVLSII *Cæsarum XII. primorum & LXIV. eorum uxorum & parentum ex antiq. numism. æri incisæ effigies & vitæ*, Frf. 1597. l)
- ANONYMI IMAGINES & vitæ Imperatorum Roman. ad vetusta numismata designatæ, LB. 1599.
- AENEAE VICI *ad historiam Imp. ex antiquis numis pertinentia*, Venet. 1601.
- FRANCISCI SWERTII *XII. Cæsarum imagines*, Antv. 1603. & 1612.

OC-

- g) quod Germanice prodiit eodem anno sub titulo: *Lebendige Bilder aller Keyser von C. Jul. Cæsare bis auf Carolum V. &c.*
- h) ubi in L. II. de Roman. Imperat. a Cajo Jul. Cæs. ad Constantinum ejusque posteros effigies eorum affert.
- i) & Paris. 1619.
- l) recusus Spira: Nemetur, 1599. & Frf. 1605. sub titulo; *Imp. Roman. numismatum series a Cajo F. Cæsare ad Rudolphum Secundum.*

OCTAV. DE STRADA *Vitæ Imperator. & Cæsar. Roman. a Jul. Cæsare usque ad Imperat. Matthiam, ex antiq. numism.* Frf. 1615. m)

JACOBI BIAEI *numismata Imp. Rom. aurea, argentea, ærea, a C. J. Cæsare ad Valentem Augustum,* Antv. 1617.

AENEAE VICI *imagines n) Augustarum ex numis,* Paris. 1618.

*Medailles, monnoyes & monuments anti-ques d' Imperatrices Romaines par JEAN BATTISTA MENESTRIER,* Divione 1625.

*Augustarum imagines, æneis formis expressæ a JOHANNE BAPTISTA DVVAL-LIO,* Paris. 1629.

*Medailles illustres des anciens Empe-reurs & Imperatrices de Rome par J. B. MENESTRIER,* Divione, 1642.

HVBERTI GOLZII *Icones Imp. Romanor. ex numismat. continuatæ a CASP. GE-VARTIO,* Antv. 1645. o)

*Commenentairs historiques, contenant l' hi-stoire generale de l' empire Romaine*  
en

m) & Antverp. 1617. & 1654.

n) extant quædam edit. Antverpianæ anni 1557. & 1562.

o) cf. GOLZIVM in Tomo V. *operum omnium,* Antv. 1645. editorum. *Icones etiam prodire Brugis Flan-drorum 1558. & 1560. idiomate Hispanico.*

en trois Tomes par JEAN TRISTAN,  
à Paris, 1644. & 1657.

JOANNIS SMITH *notitia elegantissimæ sup-  
pellectilis Romanæ, s. thesaurus anti-  
quarius* SMETIANVS, Amst. 1658.

LVDOLPHI SCHMIDII *Romanorum Impp.  
Pinacotheca, s. XII. Imperat. simula-  
cra, elogia, numismatibus ex historia  
SVE'TONIANA illustrata*, Amst. 1668.

*Imperatorum Romanorum numismata, ex ære  
mediæ & minimæ formæ, descripta &  
enarrata. per CAROLVM PATINVM,*  
Arg. 1671. p)

EJVSDEM *thesaurus numismatum ex auro,  
argento, ære magno & maximo, non  
modo Imperatorum, sed etiam Græ-  
carum urbium, regum, virorum illu-  
strum, item consularium*, Amstelod.  
1672.

*L' historia Augusta da Giulio Cesare a Co-  
stantino. M. illustrata dall' antiche  
medaglie da FRANCISCO ANGELO-  
NI, col. supplimento de Rovesci, de-  
scritti da GIO. PIET. BELLORI*, Ro-  
ma, 1685. q)

ANONYMI *notitia numorum antiquorum  
tam Impp Roman. quam Augustarum*,  
Vratisl. 1686.

JO.

p) exiit deinde primum Parisiis, 1674. 1692. & 1694.  
q) extat etiam editio Romana de anno 1641.

JO. VAILLANT *numismata Impp. Romanorum præstantiora a C. Jul. Cæsare ad Postumum & tyrannos*, Paris. 1694. quod opus studio & industria JO. FRANC. BALDINI auctius & usque ad *Constantinum M. continuatum* prodiit, Romæ, 1743.

*I Cæsari in Oro, argento e medaglioni, colle loro interpretazioni di PAOLO PEDRUSI*, Parma 1694. seqq. annis.

CAROLI PATINI *Imperatores a Cajo Jul. Cæs. ad Heraclium*, Amst. 1697.

*Regum & Impp. Roman. numismata, a Romulo ad Justinianum Augustum cura CAROLI DVCIS CROYIACI & ARSCHOTANI olim congesta, r) & ab ALB. RVBENIO illustrata, cum notis L. BEGERI, Col. Brandenb. 1700. s)*

*Series Augustorum, Augustarum, Cæsarum & tyrannorum omnium, tam in oriente, quam in occidente, a Jul. Cæsare ad Leopoldum, auctore LAVRENT. PATAROLO, Veneto, Venet. 1708. t)*

CHRIST. WERMVTHI *numismata omnium Impp. 1715.*

F 2

Nu-

r) CAROLVS enim suis ipse impensis edidit hæc numismata. 1627.

s) extat etiam editio Berolin. 1705. & Antverp. 1615. & 1634.

t) & ibid. 1722.

*Numismata Impp. Romanor. a Trajano Decio ad Palæologos Augustos, opera ANSELMI BANDVRI, Lutet. Paris. 1718.*

*Les Césars de l'Empereur Julien avec des remarques & des preuves, enrichies de medailles par le BARON DE SPANHEIM, Amst. 1728.*

JO. PETR. BELLORII *adnotationes nunc primum evulgatæ in XII. priorum Cæsarum numismata. Rom. 1730.*

ADOLPHI OCCONIS v) *numismata Impp. Romanor. Pompejo M. ad Heraclium, cura FRANC. MEDIOBARBI, x) Biragi, nobilis Paviensis, Mediolan. 1683. qui liber, curante PHILIPPO ARGELATO, prodiit auctior, ibid. 1730.*

RVDOLPHVS A BVNAV *de ornamentis & honoribus Augustarum, L. 1733 c. numis.*

JO. GOTTFR. HOERII *augusta numismata, 1743. z)*

THESAVRVS MORELLIANVS, *sive* CHRIST. SCHLEGELII, SIGEBERTI HAVERKAMPI, & ANTONII FRANCISCI

v) OCCONIS *Numismata prodire Aug. Vindel. 1601. & EJUSD. Numismata consularia in MSto jacent Ratisb. Vide Erlangische gelehrte Anmerkungen, 1752. p. 382.*

x) De MEDIOBARBO, (MEZZABARBA) *cf. die Geschichte der Academie zu Paris, T. VI. p. 330 seqq.*

z) *respicit numismata Vermuthl. Vide præfationem.*

CISCI GORII *commentar. in XII. priorum Imperator. Romanorum numismata aurea, argentea & aerea, cujuscunque moduli, diligentissime conquistata ab ANDREA MORELLIO, T. I. II. III. Amstelod. 1752. α) quibus, si libet, addas*

LAEVINVM TORRENTIVM β) & CAROLVM PATINVM γ) *in commentariis ad SVETONIVM de vitis XII. Cæsarum; & ANDREAM SCHOTTIVM in SEXTI AVRELII VICTORIS historiæ Augustæ breviarium, Antv. 1579.*

III. Numos COLONIARVM, URBIVM & MVNICIPIORVM repræsentant & explanant

JO. HARDVINI *numi antiqui populorum & urbium, Paris. 1684.*

JO. FOY VAILLANTII *numismata aerea Imperatorum, Augustarum & Cæsarum, in coloniis, municipiis, & urbibus, jure Latio donatis, ex omni modulo percussa, Paris. 1688. δ)*

F 3

EJVSD.

α) cf. *Leipziger gelehrte Zeitungen* 1752, n. 44, p. 387.

β) Antv. 1578. & Paris. 1610.

γ) Basl. 1675. cf. PATINVM l. c. p. 201.

δ) Hæc editio numismata usque ad *Saloninam, Gallieni uxorem*, continet. JOBERT. p. 54. Extat etiam editio de anno 1695.

EJVSD. *Numismata Imp. Augustarum & Caesarum, a populis Romanæ ditio- nis, Græce loquentibus, ex omni modulo percussa*, Amst. 1700. ε)

ANONYMI *numismatum antiquorum Sylloge, populis Græcis, municipiis & coloniis Romanis cusorum*, Lond. 1708.

HONORII ARIGONI *numismata in Coloniis percussa*, Tarvis. 1741.

Hactenus *Auctores*, quos hic allegare potissimum e re nostra esse arbitrabamur.

§. XVI.

Cæterum quibus notis inter se distinguantur, quæ discriminatim in numis significanda sint, ut cognoscamus, tenendum est, denotari distinctim simulacra

I. DEORVM;

*Jovem*, fulmine & aquila & hasta pura;

*Neptunum*, tridente ac delphino, a)

*Platonem*, barba;

*Deos marinos*; *Melicertam*, *Palemonem*

& *Portumnum*, pueris Delphino insidentibus;

*Mar-*

ε) Incipit liber a *Pompejo magno*, ac desinit cum *Claudio Gothic.*

a) plerumque dextra Delphinum, laeva tridentem gerit.



*Martem*, casside & hasta & galea;

*Apollinem*, lyra & lauro; b)

*Bacchum*, corona pampinea vel hederacea, thyrsos, urceo, panthera & tigris, taurinis cornibus & clava;

*Mercurium*, caduceo, petaso, alatisque alis & gallo gallinaceo;

*Vulcanum ac cyclopa*, mitellis & instrumentis fabrilibus;

*Aesculapium*, bacillo & serpente;

*Castorem & Pollucem*, stellis geminis, c) radiato capite, cum hastis in decursione;

*Lunam*, luna in humeris, gallo-gallinaceo & mitra Phrygia;

*Herculem*, clava, pelle leonina, & corona hederacea;

*Canopam*, d) urceo sicili, & flore Isis in capite;

F 4

*Ann.*

b) De lauro *Apollini* tributa cf. CONSTANTIVS LANDVS in *expos. numerum* p. 100.

c) interdum sunt tres; ad frontes duæ, infra una; GOETZE l. c. p. 264.

d) Aegyptiorum Deum marinum. FRANCISCI POMMEY *pantheon myrbicum*, Amstel. 1741. p. 190. P. E. JABLONSKI *Pantheon Aegyptiorum* T. III. L. V. c. IV.

- Anubim*, e) capite canino;  
*Apim* f) & *Ofirim*, g) bove inter cornua lotum gerente, lunaque supra caput;  
*Telesphorum*, mitella nautica;  
*Chironem*, centauro & lyra;  
*Serapim*, modio in capite, dextram extollentem, finiftra hastam tenentem; h)  
*Pavorem* & *pallorem* i)

Fo-

- e) *Anubis*, etiam *Hermanubis* dictus, a poetis vario nomine celebratur. Vid. VIRGILII *Aen.* L. VIII. v. 698. OVID. *Metamorph.* L. IX. v. 689. JABLONSKI *Pantheon Aegyptiorum*, T. III. L. V. c. I.
- f) *Apim Aegyptii* divino profecuti sunt cultu; cf. AELIANI *Hist. animalium* L. XI. PLINIVS L. VIII. c. 46. & HERODOTVS, L. III, 28.
- g) *Ofirim*, ut alios *Aegyptiorum* Deos, hic occurrentes explicat PAVLI ERNESTI JABLONSKI *Pantheon Aegyptiorum*, Frf. ad Viadr. 1750.
- h) *Serapidis* cultus fuit apud *Aegyptios*; cf. PLUTARCH. de *Isid. & Osiride*, p. 362. TACITVS *Histor.* IV. c. 84.
- i) *Pavori* & *pallori* *Tullus Hostilius* fana vovit, LIVIUS L. I. c. XXVII. n. 7. Vide LACTANTIUM L. I. c. XX. HESIODI *Theog.* v. 933. & EJVSDEM *scutum Herculis*, v. 195. Occurrunt in numis, teste MAVTOVRIO in *der Geschichte der königlichen Academie der Wissenschaften zu Paris*, T. V. n. IX. cf. FVLVIVS VRSINVS apud CAROLVM PATINVM & CHRYSOSTOM. HANTHALERVS de *numis veterum* p. 123.

*Jovem Ammonem* l), cornibus arietinis;  
*Fanum bifrontem* m) in numis coff. pro-  
 ra navis in altera numi parte;  
 & praterea.

*Geniorum* n) simulacra, hasta & olea.

II. DEARVM,

*Junonem*, velato capite & pavone. o)  
 Eam

F 5

Pro-

- l) *Jupiter Ammonis* cognomento in *Libya* gaudet, ab arenis, f. *ἀμμων* f. quod *Afri* arietem *ammonem* vocant. GERH. JOAN. VOSSIVS de *Idololatr.* I, 27. POMPONIVS MELA L. I. c. 8. GELLIUS L. XIII, c. IV. JUSTIN. L. I. c. IX. & L. XI. c. XI.
- m) occurrit in numis Coff, utpote cujus providentiam præ se ferre debebat consul. cf. WEDELIVM de *numis Fani ratitis.*
- n) *Genius* sapissime stat togatus, dextera hastam puram, sinistra oleam tenet. GOETZIVS in *Diff.* p. 404. Occurrit *Genius* populi Romani in numis, occurrit *Genius* Augusti, &c. Videantur *numi Ducis Croyciac.* T. XX. CONSTANTII LANDI *selectiora numismata*, p. 75. seqq. SPANHEIMIVS T. I. *Diff.* IV. p. 221. De *Genio* generatim scripserunt GAFFARELLVS en *traité des bons & des mauvais genies*, item, DATHE de *Geniis veterum*; cf. MACROBII *Saturnalia* L. III. c. X. FRANCISCI POMEY *Pantheon Mythicum* p. 222. seqq. & VOSSIVS L. I. de *orig. & progressu Idololatr.* c. VII. p. 63.
- o) *Juno* videlicet *Argum* fidum sibi vaccæ humanæ custodem hanc in avem transmutaverat. OVIDIVS de *arte amandi* L. I. v. 627. IDEM in *Metamorph.* L. I. v. 568. seqq. Hinc & *ibidem* L. XV. *fab.* 35. v. 385. *Junonis* volucris denominatur pavo.

- Pronubam*, p) flammeolo;  
*Sospitam*, q) pelle caprina & cornibus;  
*Laciniam*, r) in numis *Crotoniensibus*; s)  
*Monetam*, t) quia in templo *Junonis* numi cudebantur, sive, quod monuerat, terræ motum sue plena esse procurandum, OVID. *Fast.* VI. v. 183. lance, v)

*Bellonam*, hasta, scuto, facibus ardentibus;

Ce-

- p) *Pronubam Junonem* explicant VIRGILII *Aeneid.* L. IV. v. 59. & OVIDII *Metamorph.* L. VI. fab. VII. v. 428. & L. IX. fab. X. v. 761.  
q) CIC. *Orat.* pro L. *Muræna* sub. fin. & IDEM *de natura Deorum*, L. I. c. 29.  
r) LIVIUS L. XXIII, c. 33. §. 4. XXIV, c. 3. §. 3. XXXXII, c. II. & III. Adde LACTANTIUM *de origine errorum* L. II. c. 7. & VALER. I, c. I. & VIRGILII *Aeneid.* L. III. v. 552.  
s) *Crotone* urbs erat Græca, quam describit æque ac illius originem STRABO L. VI. DIONYS. HALICARNASS. & præsertim LIVIUS L. I. c. XVIII. XXIV, c. III. OVID. *Metam.* L. XV. v. 55. *Crotoniensium* numos enotare studuit BOZIVS, membrum societatis regiae scientiarum & artium in Gallia, in *den Geschichten der Academie, Isten Theile*, p. 266. seqq.  
t) CICERO *de divinat.* L. I. c. 49. ROSINVS p. m. 249. ADRIANVS TVRNEBVS L. IV. c. 2. MARTINI *Lex. Philologicum* p. 1985.  
v) cf. AVGVSTINVM *de civitate Dei* L. IV. c. I.

*Cererem*, ex ariftis corona, face, curru-  
que a ferpentibus tracto; x)

*Cybelen*, corona turrata, leonibus; z)

*Minervam*, noctua, aa) olea, bb) fer-  
pente, caffide, clypeo, cc) pilo,  
fulmine; dd)

*Dia-*

- x) Suem ad altare fiftit fæcularis numus, fed minus obedientem. SPANHEIM D. IX. p. 852. Ita colli videtur Ceres, quod etiam in fæcularibus facris veteres huic porcum confecrarunt. ZOSIMVS *Hift.* II. 5. p. 127. VIRGILII *Georg.* I. v. 338.
- z) Illius imaginem exhibet, cauffasque addit POMEY *Pantheum Myrbicum* p. 138.
- aa) avis *Minervæ* facra, quippe quæ in tenebris videt, & fapientia fymbolum præbet. Vid. PHILIPPI PICINELLI *mundum fymbolicum* L. IV. c. XLVI. p. 313. feqq.
- bb) Olea illi facra ob victoriam; VIRGIL. *Georg.* I. v. 18. cf. HERODOTVM. L. VIII. AELIANI *Var. Hift.* L. III. c. XXXVIII. & CIC. *de Legg.* I, c. 2. BEGERI *Thes. Brandenb.* T. I. p. 471.
- cc) clypeum gerit *Minerva*, quod etiam armis minitans, FESTO iudice, pingitur, & ideo *Pugnax* audit OVIDIO. cf. JOANNIS VALERIANI PIERII Hieroglyph. l. 42. c. XXXIII. & XXXIV. & Pilum geftat; ita enim ex *Jovis* cerebro profliuerat.
- dd) *Minervam*, fæpius in numis *Athenienfium* obviam explicat OVDINETVS in der *Gefchichte der königlichen Academie der Wiffenfchaften zu Paris*, T. I. p. 247. feqq.

*Dianam*, vestitu venatorio, sagitta, pharetra, curruque cervis vecto, lunula ee) cornuta;

*Dianam Ephesiam*, mammis multis & uberibus instructam, ff) cervis ad pedes, corbicula frugibus referta in capite;

*Venerem*, malo, cupidine, gubernaculo;

*Venerem Paphiam*, gg) lapide terminali;

*Proserpinam*, malo granato;

*Floram*, floribus;

*Isidem*, hh) stella, sistro & flore in capite;

*Ve-*

ee) cf. APVLEJI *metamorph.* p. m. 243. & GOETZII *Diff.* p. 351.

ff) quam *Dianam* Græci dixere *πολυμᾶσον*, & omni honoris cultu profecuti sunt maxime in templo, ipsi sacro & magnifico. vid. PLINIVM L. VII. c. 38. & L. XVI. c. 40. VITRVVIVM L. II. c. IX. & ACTORVM XIX, v. 35. Imaginem illius describit M. MINVCH FELICIS *Octavius* c. XXI. n. 14. & CELLARIVS in *notis*. Omnia exposuit accurate JOANNES BAPTISTA MENESTRIE- RIVS in *Diff. de Diana Ephesia*.

gg) Cf. de illius templo & cultu TACITVM *Hist.* II, c. II. & *Annal.* III, 62. HORATII *Carm.* I, 30. & JEAN TRISTAN. in *Comment.* T. I. p. 419. & 534. seqq.

hh) *Isis* ob collata in *Aegyptios* beneficia in numis apparet, DIODORVS SICVLVS L. I. c. XXVII. PROPERT. H. *Eleg.* XXXIII. & IUVVENAL. *Sat.* VI. 530. & XIII, 93.

*Vestam*, capite velato, simpulo, palladio  
& face.

Cæterum hoc loco observanda veniunt  
ABR. ORTELI *Deorum dearumque  
capita ex antiquis numismatibus col-  
lecta* a FRANC. SWERTIO in Vo-  
lum. VII. *thesaur. antiq. Græcar.* JA-  
COBI GRONOVII. n. 67. separatim  
cusa Bruxell. 1683. cum antea a PHI-  
LIPPO GALLAEO Antverpiæ 1573. &  
postea ibidem 1602. a FRANC. SWER-  
TIO fuerint edita.

III. VIRTUTES denotantur in numis  
iis signis, ut

*Pietas*, ii) flammeolo, ciconia, proten-  
sis manibus, acerra;

*Providentia*, bacillo in globum intento,  
ara s. templo;

*Liberalitas*, tabula quadrata manubria-  
ta, abaco & maculis tincto,

*Benignitas*, fronde oleagina;

*Castitas*, flammeolo, ad aram signifi-  
cans, dextram ori admovens, fini-  
stra vestem levans;

*For-*

ii) *Pietatem* ex numis antiquis delineatam sistit in pe-  
culiari Diss. JO. WEIDNERVS, Jenæ, 1694. &  
JO. ANDR. SCHMIDT, Jen. 1693. cf. SPAN-  
HEIM. T. II. D. XII. p. 434.

*Fortitudo*, clypeo, hasta, pilis;

*Constantia*, medietate dextræ indicem fronti admovens;

*Iustitia*, gladio & lance;

*Fides*, cane, junctis manibus;

*Vigilantia*, gallo gallinaceo & cane;

*Indulgentia*, patera, hasta;

*Aequitas publica*, tribus mulieribus mitratis & palliatis; media spectat dextram, & a læva adspicitur, omnes læva cornu copiae, dextra manu libram habent, ante pedes acervus est,

*Aequitas privata*, mitrata palliataque stans, libram dextra tenens, hastam læva, &

*Aequitas in genere*, dextra bilancem, sinistra hastam tenet. II)

Virtutes, quas, quia in rebus humanis vim obtinere magnam videbantur, omni coluerunt observantia Romani, recenset & illustrat G. H. NIEVPOORT *in virtutum Romanorum explicatione*, Argentor. 1743. p. 319. seqq. hasque delineatas siliit accuratius FRANCISCI  
PO-

II) cf. CONSTANTIVM LANDVM *in select. numism. expositione*, p. 141.



POMEY *Pantheon Myth.* p. 270. seqq.  
cf. J. E. JABLONSKI in *tractatu de*  
*cultu virtutum sacro apud gentes*  
*profanas*, Frif. ad Oder. 1752.

IV. REIPUBLICAE FELICITAS, quam  
exhibet SPANHEIMIVS T. I. p.  
146. seqq. distinguitur ita, ut

*fertilitas & abundantia*, fasciculo arista-  
rum, uva, lepore, papavere, cru-  
mena, modio, calatho, florum  
frugumque pleno, mm)

*Spes*, fœmina stante, patera; nn)

*Salus* oo) & *concordia reipublicæ*, Zodia-  
co & ejus XII. signis, serpentibus,  
cornu copiæ, sceptro, dextris jun-  
ctis & malo punico, pp)

*Securitas publica*, fœmina stolata, fellæ  
curruli insidente, & dextra caput  
ab occipitio sustentante, manu si-  
nistra

mm) Additur nonnunquam avis, frumentum innu-  
ens aliunde allatum. Sæpius etiam hæc occurrit  
inscriptio: Annona & ubertas.

nn) Exhibet LILIVS GREGORIVS GYRALDVVS  
*Syr. I. Adriani* numum aureum, & spei simul  
effigiem.

oo) vide BEGERI *Theaur. Brandenb.* p. 530. GOE-  
TZII *Diff.* p. 399. & PHILIPPI PICINELLI  
*mundum symbolic.* L. VII. c. 8.

pp) VAILLANT numi Imperatoris, p. 85. JOBER-  
TVS p. 276.

niftra haftam tenente f. radium,  
interdum globum ;

*tutela principum*, clypeo ;

*libertas*, pileo, qq) mitra phrygia, vindicta, rr) explicatis manibus, anulo aureo, ss) veste alba,

*for.*

qq) *Pileus* nobilitatis & libertatis jam dudum fuit fignum ; JO. VALERIAN. PIERIVS in *Hieroglyphicis* L. XL. c. 2. p. m. 497. feqq. Hinc, teſte DIONE, L. LXIII. poſt mortem *Neronis* multi geſtare pileos conabantur. Hinc in numo quodam *Galbae*, qui procul amiſſam ſub *Nerone* libertatem S. P. Q. R. reſtituturus hoc erat ſymbolum : Imago reperitur pileata, quæ dextram protendit, ſiniſtra pileum tenet ; Epigraphe : Libertas publica. cf. GOETZIVM in *Diſſ. de numis* p. m. 186. & 361. feqq. GELLIVM L. VII. c. 4. PLAVTI Amph. Act. I. Sc. I. v. 306. MARTIALEM L. II. Ep. 48. v. 4. LIVIVM XXIV, 32. & GRAEVII *Theſaurum antiq. Roman.* T. VI. ob tractatum THEOPHILI RAYNAVDI *de pileo*, qui Lugd. prodiit ſeparatim 1655. & Amſtelod. 1662. item & WEDELIVM *de numis pileatis*. Adde LAVRENTII PIGNORII *commentarium de ſervis apud veteres*, Amſt. 1674. & GVILIELMI A LOON *Eleutherian, ſ. de manumiffione ſervorum apud Romanos* libros IV. Ultraj. 1685.

rr) *Vindicta*, i. e. virga, qua leviter manu mittendos percutiebant heri, velut in ſublata ſervitutis ſignum. Hinc apud auctores : vindicare, & vindicias ſecundum libertatem poſtulare, decernere, dicere, dare, qua de re LIVIVS L. II. c. 5. & L. III. c. 44. 47. 56. 57. 58. & ad eum GRVTERVS in notis p. 94. & ROSINVS L. VIII. p. m. 799. feqq.

ss) *Annuli* ex ferro ſervis proprii, & infimæ fortis hominibus, teſte PLINIO H. N. L. XXX. c. 1. aureis

*fortuna*, gubernaculo & rota tt) significetur.

V. RES GESTAE & ACTA PVBLICA,  
ut

*Coloniae deductae*, apibus, bobus, ab homine velato ductis, aratro, decempeda cum modio, vexillo, in ara posito, vv)

*Vie restauratae*, rota,

*Granaria & horrea instructa*, portis ac turribus, cum inscriptione: Providentia Augusti,

*Victoriae*, curru triumphali, xx) gallo gallinaceo, coronis, tropæis, aquilis,

aureis donabantur & utebantur equites; HORATIVUS L. II. Serm. VII. v. 53. & SVETONIUS in Jul. Cæsare c. 39. Cæterum libertas tam cara fuit Romanis, ut illi consecraretur ædes, teste MARIANO in *topographia Romæ* L. II. & IV. c. 5. v. LIVIUS XXIV, 16.

tt) Fortunam variis nominibus cultam explicat POMMEY *Panth. myrbicum* p. 279.

vv) Multa conveniunt in condendis urbibus cum deducendis coloniis. Varios in condendis urbibus mores describit *Histoire de l'Academie des Inscriptions & belles lettres* T. II. p. 85. seqq.

xx) Currus interdum, instar cupæ, rotundus est; videatur GOETZIVS in *Diff.* p. 115. & *HISTOIRE de l'Academie des Inscriptions & belles lettres* T. I. p. 282. seqq.

lis, passis alis, vexillis, clypeo, man-  
cipiis ad tropæa ligatis, zz)

*castra munita*, latere & vallis;

*Portus exstructi*, gubernaculo seu navi-  
um multitudine, a)

*restitutio urbis*, dextra supra tripodem  
sacrificante, sinistra hastam inver-  
sam tenente,

*fœdera pacis*, serpentibus, b) junctis ma-  
nibus, caduceum Mercurii & cor-  
nu copiae tenentibus, & ara &  
lauro & rosa & templo Jani clau-  
so c) notantur. d)

VI. HONORES CIVILES, sella curru-  
li, parazonio, hasta, gubernaculo,  
fascibus & securibus, acacia, ba-  
cillo,

zz) cf. GOEZIVM l. c. p. 159. & JOBERTVM p. 279.  
seqq.

a) Sic exstat numus *Neronis*, ubi sub navibus legi-  
tur: *Portus Ostiensis*, GOETZIVS p. 152.

b) Salus serpentibus denotatur, uti docet PICINEL-  
LI *mundus symbolicus* L. VII. c. VIII. Serpentes  
etiam sunt signa pacis, si praesertim baculo Mer-  
curiali jungantur; GOETZE p. 90.

c) De templo Jani clauso, GOETZIVS p. 162. ME-  
DIOBARBVS p. 92. & *numi ducis Croyiac*. Tab.  
XXI.

d) videatur LANDVS l. c. p. 67.

cillo, cornibus & coronis indicantur. e)

VII. HONORES SACRI, tripode cum Delphino & cornice, lituo, pullis gallinaceis, avibus volantibus, apice, sympulo, securi, aspergillo, ara, surgentibus flammis, significantur.

VIII. SPECTACVLA PVBLICA, & quidem *Ludos generatim*, f) urna coronata, palmis & simpuvio;

*Apollinares*, palma & cultro;

*Isthmios*, pueris, Delphino infidentibus;

*Seculares*, g) apro & aliis rarioribus belluis aut bestiolis exteris, sedente interdum Jove;

G 2

Quin-

e) cf. JO. BAPTIST. CASALIVS *de urbis ac Romani olim imperii splendore*, Romæ, 1650. ONVPH. PANVINII *Imperium Romanum*, Paris. 1588. & CLAVD. PREVOTIVS *de magistratibus populi Romani*, Frf. 1612.

f) De ludis generatim agunt JVL. CAES. BVLENGERVS, ONVPHRIVS PANVINIVS, JVSTVS LIPSIVS, NICOL. CALLIACHIVS, OCTAVIVS FERRARIVS.

g) cf. RAINSAINT *sur douze medailles de feux seculaires de l'Empereur Domitien*, Versailles 1684. & celeberrimi JO. MATTH. GESNERI *Diss. Göttingæ habit. de Opinatis ludorum secularium notis in numis Romanorum*.

*Quinquatria, Minerva* cum noctua in ara  
constituta;

*certamina bubula*, bobus hostiliter in-  
currentibus;

*exhibita in spectaculis animantia*, croco-  
dilis, elephantibus, capris,

*comædiam*, larva,

*tragædiam*, cothurno produunt.

IX. SACRA denotabant, & quidem

*Apotheosin principum*, h) aquila, curru,  
elephantis seu equis seu leonibus  
vecto, throno & victoria,

*Apotheosin fœminarum*, carpento, i) pa-  
vonibus, l)

*lecti-*

h) De *Apotheosi principum* adeas HERODIANVM L. IV. c. 2. JO. DAN. SCHOEPFLIN. de *ἀποθεωσει*. Argent. 1730. item: GRVBELII *Diff. de consecratione principum* & GEORGII PICTORII LL. *res apotheoseos tam exterarum gentium, quam Romanarum*, Bas. 1558. HAVSOTTERVM *de consecrationis origine, causis & ritibus apud Romanos*, Schleusing. 1748. J. B. MENKENII *Augustorum Augustarumque consecratio ex numis*, Lips. 1694.

i) *Carpentum* denotat vulgare vehiculum muliebree, GOETZE p. 126. & LIVIVS L. I. c. 48. n. 7. Currus autem, quo utebantur fœminæ in sacris & in ludis, Pilentum vocatur. LIVIVS L. V. c. XXV. cf. JOANNEM SCHEFFERVVM *de re vehiculari* L. II. c. XVII.

l) De utraque *ἀποθεωσει* GOTTL. ERDM. ZEIBICHIVS *in obs. ad num. antiq. sacris* p. 74. seqq.

*lectisternia*, icunculis in lecto jacentibus;

*Orgia Bacchi*, m) corona pampinea,  
corbicula, hederis & pelle circum-  
recta, vel serpente ex corbicula  
proreptante, simpuvio;

*Oraculum Delphicum*, tripode cum ser-  
pente.

Observatio. I.

*In sacris persona tecto incedunt capite.*

Observ. II.

*Carpentum tectum*, quod bigae mularum ve-  
hunt, virginis principis consecrationem de-  
notat. SVETONIVS Neron. c. XXX.  
GOETZE p. 126.

X. VRBES EARVMQVE PRIVILEGIA,

*maritimas* quidem, cancro maritimo,

*Ephesum*, cervo;

*Carthaginem*, equo;

*Tyrum*, cane muricem ore purpureo te-  
nente;

*Corinthum*, Syracusas aliasque urbes Si-  
culas, pegaso;

G 3

By-

m) cf. HANTHALERVM *de numis veter.* Dial. X.  
n. 17.

*Byzantium*, pelamydibus;

*Romam*, lupa, & gemellis fratribus la-  
ctantibus;

*Cumam*, Sirene indicare voluerunt.

Videatur *JOBERTVS* p. 304. seq.

XI. *DOMINIVM MARIS*, piscibus &  
Delphino & tridente;

*Hispaniam* autem, saliente equo ac le-  
pore;

*Aegyptum*, crocodilo & hippopotamo;

*Judeam*, porco monstrarunt.

XII. *Quod si due imaguncule in numo sint,*  
& inter eas vox *ἑμνοια*, fœdus civi-  
tatum denotatur.

Videantur *ZEIBICHII* observ. ad numos an-  
tiquos sacræ p. 59. cf. supra Sect. II.  
c. III. §. 14. sub finem.

XIII. *Tres Icuncule*, saltantibus similes, no-  
tant *Gratias*, & si velo caput obte-  
gunt, tempus præteritum, præsens &  
futurum, s. æternitatem; sin faci-  
bus, sicis & serpentibus instructæ  
sint, notant *Furias* s. *Erynnias*.

XIV. *Quatuor Icuncule* indicant quatuor  
anni tempora, s. tempestates, quarum  
quippe

pri-



*prima*, corbiculam floribus refertam ge-  
rens, *Ver*;

*altera*, falcem tenens, *Aestatem*,

*tertia*, leporem agens, *autumnum*,

*quarta*, stola vestita, *hyemem refert*.

Vid. JOBERT p. 293. seqq.

XV. Cæterum

*lapis ingens, curru vectus, solem,*

*stella, quæ superius conspicitur, Phospho-  
rum,*

*Icuncula cum corona radiata & flagello,  
solem orientem,*

*Icuncule jacentes ac tenentes urceum, flu-  
mina, quibus si addatur guberna-  
culum, navigabilia denotant, &  
præter ea*

*Sessione, n) luctum, tristitiam, inprimis  
mortem,*

*alis, famam intelligi voluerunt.*

G 4

§. XVII.

n) *Sessio* majoris est tristitiæ documentum, cum quis  
adeo vehementem sensum doloris percipit, ut cel-  
sus stare & erectus nequeat, sed viribus ad subsi-  
stendum lassitudine deficientibus, jam humi deprimatur. Thren. II, 10. Joh. XI, 20. Sedent vero  
palmam capiti supponentes, inque sinum cubitum  
reclinantes ante urnam cinerariam. Fufius hoc ex-  
pli-

## §. XVII.

INSCRIPTIO est velut anima numi, quæ, quid sibi velint figuræ numi, explicat. o)

Est vero illa, ut supra jam docuimus, p) duplex,

alia respectu *faciei* numi,

alia respectu *loci*.

Quæ in *Antica* numi occurrunt, q) nomen, dignitates, gloriam, rebus gestis acquisitam explicant.

Quæ vero in *Postica* apparent, virtutes denotant, res gestas, monumenta, consecrationes, principum beneficia, & elogia, Laconica brevitate dicta, quæ integram subinde panegyri fundunt.

Quæ

plicant PATINVS in *histor. numism. c. 24. p. 189.*  
VALENT. ERNEST. LOESCHERVS in *Svromat. p. 180.* NVMI DVCIS CROYIAC. *Tab. XXV. n. 21. 22. & XXX. n. 10.* GOETZIVS p. 186. & 260.

o) Differunt *Inscriptio & Legenda*. Illa omisso capite aliisque imaginibus mediam monetæ aream implet: Hæc includit verba, quæ circum extimam numi oram sunt posita.

p) Sect. II. c. 3. §. 3. Si faciem spectes, est vel in *antica*, vel in *postica* numi posita inscriptio: Sin *locum*, vel *marginem*, vel *lateribus*, vel *basim* numi inscripta est.

q) quod fit cognominibus, quæ illis virtutes conciliarunt.

Quæ tandem vel *margini*, vel *lateribus*,  
vel *basi numi* inscripta sunt

in CONSVLARIBVS,

vel *sola eorum nomina*, quorum in ho-  
norem cusi sunt,

vel *cum nominibus dignitates*,

vel *nomina eorum*, a quibus sunt cusi, de-  
tegent, & in

IMPERATORVM numis nominibus ad-  
diti sunt

*tituli dignitatum*, *rerum gestarum* & *bene-  
ficiorum*,

*virtutum etiam*, quibus præter alios ex-  
celluerunt imperatores, *nomina*, &

*Deorum*, quos tutelares imprimis colue-  
runt, *nomina*, quod copiose docet

JOBERTVS p. 70. seqq. & p. 103-  
149. & PATINVS p. 157. seqq.

Præterea reperiuntur his in numis

*Potentia* &

*majestas* r) *imperatorum*,

*consecratio*, s)

G 5

*bella*

r) quæ est, si illis *Providentia*, *securitas*, *pietas*, &c.  
adscribitur.

s) in *consecratione principes* plerumque *Divi* appellan-  
tur. Diximus de *industria* plerumque. Nam &  
ipfi

*bella gesta,*

*ludi publici exhibiti,*

*allocutio, t)*

*venatio, v)*

*vota publice celebrata*

fuis terminis expressa, & observamus inter alia, quod, *que a principe ipso facta sunt* nominativo aut genitivo, *que autem in honorem principis* Dativo denotentur.

Denique

IN NUMIS PROVINCIARVM atque

VRBIVM nomina illarum

nunc *expressa* cernuntur,

nunc *per certos ac proprios magistratus,*

nunc *per symbola* significantur.

Ponuntur autem *inscriptiones* in margine numerum litteris

nunc

ipfi auctores in consecratione *Deorum* nomine utuntur, ut de Romulo VICTOR. c. II. §. 7. & SVETON. in *Vesp.* c. 23. Videatur OVIDIVS, sapius *Augustum* Deum dictitans. Ceterum de consecratione cf. Sect. II. c. III. §. 16. n. h. in observ.

t) De *Allocutione Imperatorum l' histoire de l' Academie des Inscriptions & belles lettres* T. II. p. 309.

v) qua de re CONSTANTIVS LANDVS in *select. numifin. expositione* p. 135.

nunc a sinistra ad dextram,

nunc a dextra ad sinistram,

nunc dimidiis a dextra, dimidiis a sinistra ductis.

Aliquæ, cum figuris Postica caret, spatium omne illius partis explent,

aliquæ decussatim positæ sunt, aliquæ aliter, &

vocula REST. in monetæ basi posita denuo Imperatorum jussu cusam esse significat, ut adeo *restituti numi* vere appellandi sint.

§. XVIII.

Cæterum ad *dijudicandos numos* multum valent

I. *Gemmæ, marmora, statuae, sigla, & cætera* hujus generis monumenta antiquitatis,

Confer. JOANNIS NICOLAI *tract. de siglis veterum, ad interpretat. numismatum, inscriptionum & omnium fere artium*, LB. 1703. *L'utilité des Voyages, qui concerne la connoissance des medailles &c. par Mr. BAVDELOT DE DAIRVAL*, T. I. II. Par.

Par. 1693. *Gemme antiche figurate, date in luce da Domen. de' ROSSI, colle Spofizioni di PAOLO ALLESS. MAFFEI, P. I -- IV. Roma 1709. &c.*

II. Multum valent *scriptores de vocabulis rei numariae*, qualis est PAVLVS EBERVS & CASP. PEVCERVS, & JOSIAS SIMLERVS, & PHILIPPVS MELANCHTHON.

III. *Numophylacia & illorum catalogi*, quorum magnus sane extat numerus, quos inter palmarium fere tenent locum *Thesaurus numismatum antiquorum*, ab OTTONE SPERLINGIO relictus, Hamb. 1717. *Numismata antiqua a FACOBO MVSELLIO collecta & edita*, T. I-III. Veronae, 1752. LAVRENTII BEGERI *Brandenb. thesaurus selectus cum continuat.* Colon. March. 1696. *Numorum antiquorum, scriniis BODLÉJANIS*

*NIS reconditorum catalogus cum  
commentario, Oxon. 1750. x)*

*Numophylacia insigniora exhibet PATI-  
NVS in introd. ad histor. numisma-  
tum p. 215. fin. z)*

IV. Multum valent *Imperatorum series &  
imagines.* Talis & collectio JA-  
COBI STRADAE, HVBERTI  
GOLZII, *continuata a* CASP. GE-  
VARTIO, HIERONYMI ME-  
GISERI & aliorum, quorum uti-  
litas & fama ad omnes penetravit  
homines.

V. *Cognitio notarum monetariorum,* quas  
explicat MORELLIVS, VAIL-  
LANTIVS, HARDVINVS, PA-  
TINVS satis copiose p. 169. seqq.  
HANTHALERVS de numis ve-  
rerum Dialog. IX. n. II.

VI.

x) Auctor est FRANCISCVS WISE.

z) JO. CHRISTOPH. OLEARIVS edidit *Isagogen ad  
numophylacium bracteatorum,* Jen. 1694.

VI. Multum denique valent ad dijudicandos numos *artes & scientiæ*, quæ præterea magnum ex iis percipiunt commodum, uti ex Cap. II. fatis superque apparet, cf. JOBERTVM p. 265. & JO. GUILIEL. BERGERVM *de museis Italicis* in *Strom.* p. 28. seqq.







# INDEX

## PRAECIPVARVM RERVM.

Numerus indicat paginam.

A.	B.
<i>Aes</i> grave 31.	<i>Aes</i> rude 25
<i>Antica</i> 38. & 57. seqq.	<i>Barbarorum</i> monetæ genus 13
<i>Antiquissimi</i> Romanorum numi 30	<i>Bes</i> quid sit 26
<i>Antiquissimus</i> Græcorum numus ibid.	<i>Bigari</i> numi 29. 64
<i>Antiquissimus</i> omnium Numus ibid.	<i>Bos</i> , genus monetæ 27
<i>Antiquitas</i> numis illustratur 23	BREREWOOD 26
<i>Apotheosis</i> 100	<i>Britannicarum</i> insularum incolæ numos habuerunt ferreos 13
<i>Argentum</i> vitiatum 31	C.
<i>Artium</i> usus in numis & per numos 110	CANTAGALLIVS 13
<i>As</i> vocatur libra 25	<i>Capita</i> , quæ in numis apparent, 60
- - qui de illo scripserunt 26	<i>Castor</i> & Pollux in numis 64
<i>Asses</i> sextantarii 30	<i>Cavi</i> numi 14
<i>Auguralia</i> signa 65	<i>Censores</i> numorum curam gerunt 35
ARGELATVS 22. & 84.	CHIFFLETIVS 19
	<i>Coloniæ</i> numos cudunt 36
	Com-

<i>Commercia rerum permuta-</i>	<i>Fourrées</i>	31
<i>tione instituta, 24. 25. ea</i>	FROELICHIVS	15
<i>numi multum adjuvant</i>		
<i>ubique</i>	G.	
CONOB in numis	<i>Genius Romæ galeatus in</i>	
<i>Contourniarum numi</i>	<i>numis Consularibus</i>	58.
COSTARDVS		63. seqq.
<i>Critici variam ex numis</i>	<i>Geographiæ commodum af-</i>	
<i>hauriunt utilitatem</i>	<i>ferunt numi</i>	55
<i>Curator flandorum Denari-</i>	GOLZIVS	81
<i>riorum</i>	<i>Gotthorum numi</i>	16
	<i>Græcorum numi</i>	15. seqq.
D.	<i>Grammaticis magno est usui</i>	
<i>Dearum symbola in numis</i>	<i>res numaria</i>	47. seq.
<i>Denarius</i>	H.	
<i>Deorum imago in numis</i>	<i>Hispaniæ numi</i>	16
	<i>Historia Romana numis il-</i>	
<i>Deunx</i>	<i>lustratur 23. &amp; 53. omnis</i>	
<i>Dextans</i>	<i>historia numaria re ex-</i>	
<i>Dido signari iussit numos</i>	<i>plicatur</i>	53
<i>Punicos</i>	<i>Homines privati numariæ</i>	
<i>Dodrans</i>	<i>rei studeant</i>	55. seqq.
<i>Drachma tria continet feru-</i>		
<i>pula</i>	I.	
	<i>Fanus in numis</i>	27. seqq.
E.	<i>Inscriptio numi</i>	57. 69. 104
<i>Ebræorum numi</i>	<i>Impendere quid significet?</i>	25
<i>Effigies thoracatæ in numis</i>		
<i>Imperatorum</i>	<i>Imperatores numerorum cu-</i>	
<i>Expendere quid notet?</i>	<i>ram gerunt</i>	35. 36.
	<i>Insignia magistratuum in nu-</i>	
F.	<i>mis</i>	64
<i>Familiarum Romanarum</i>	JOBERTVS	20. seqq.
<i>numi</i>	<i>Jureconsulti numariam rem</i>	
FICORONIVS	<i>suam in commodum ver-</i>	
<i>Figura numi</i>	<i>tunt</i>	50. seqq.
		La-

L.

*Lacedæmoniorum* numi ferrei 13  
*Legenda* 39  
*Libra* vocatur etiam *As* & *Pondo*, 25. in duodecim uncias dividitur ibidem  
*Librales* numi 27  
**LORITTUS** 26  
*Ludi* in numis 99. seq.

M.

*Materia* numorum 12  
*Medicos* adjuvant numi, præsertim in rerum naturalium scientia 51. seq.  
**MEDIOBARBUS** 84  
**MENESTRIER** 81. 92.  
*Misilia* s. medalliones 37. seq. 41  
**MORELLIVS** 85  
*Monetarium* notæ 109  
*Monogramma* in numis 71  
*Morum* doctrina numis illustratur 49  
*Municipiorum* numi 63. seqq. illorum potestas cudendi numos 36

N.

*Naturalium* rerum scientia numis illustratur 51. seqq.  
*Numa* æs rude secundum libram adhiberi iussit 25

*Numaria* rei definitio 11.  
 divisio 12. ejus scriptores in genere p. 17-22. in specie Romanorum, 40. seqq.

*Numi* etymologia 11

*Numi* antiqui 12. antiquissimi 30. argentei 12. quando apud Romanos cusi 28. quales fuerint? 29. aerei 12. aurei ibid. quales apud Romanos 29. 30. coloniarum 37. seqq. consulares, ibid. Contourniati 38. ferrei 13. Germanici 16. Gothici, ibid. Græcorum 15. ii Romanis accuratiores & elegantiores 22. Ebræorum 15. incusi 58. imperiales 37. librales 27. medii 16. moderni ibid. plumbei 11. Punici 16. ratiti 28. & 64. Romani, Sect. II. tota, 24. seqq. Siculi 74. Syrorum 15. stannei 11. victoriat 29. vulgares 41

*Numorum* pretium mutuum 30. usus 41. seqq.

*Numophylacia* 108. seq.

O.

**OLGIATVS** 43  
**OLIVA** 54  
**H** PA.

P.		<i>Quatuorviri</i> monetales	35
<i>PATINVS</i>	78. 82	<i>Quinarii</i>	29
<i>Pecudes Romanorum</i> divi- tia 27. <i>Pecudis</i> imagine notatur <i>as</i> ibid. illis com- mercium sustinetur	25	<i>Quincunx</i>	28
<i>Peculatores</i>	32	R.	
<i>Pecunia</i> unde nomen habe- at?	27	<i>Reipublicæ</i> felicitas in nu- mis	95
<i>Pendere</i> quid notet?	25	<i>Reges</i> cudunt numos	35
<i>Philologia</i> illustratur numis	II. 23	<i>Romanorum</i> numi 22. illo- rum numerorum divisio	36. seqq. scriptores 40. seq.
<i>Pictoribus</i> usus est res nu- maria	48	S.	
<i>Ponderis</i> & pretii Scripto- res	33. seq.	<i>Sacra</i> in numis	100. seq.
<i>Poëtis</i> commodum afferunt numi	48	<i>SARDVS</i>	18
<i>Pontificalia</i> signa	65	<i>Saugées</i>	31
<i>Postica</i>	39. & 57	<i>Scrupulum</i> quid valeat?	25
<i>Potestas</i> cudendi numos	35	<i>Sculptores</i> usum ex numis hauriunt varium	48
<i>Præfecti</i> & <i>procuratorum</i> monetæ	35	<i>Semis</i> s. <i>Semissis</i>	26
<i>Pretium</i> numerorum muta- tum	30	<i>Senatus</i> potestatem habet cudendi numos	35
<i>Principes</i> numariæ rei na- vent operam	56	<i>Septunx</i>	26
<i>Procurator</i> monetæ	36	<i>Sestertius</i>	29
<i>Prudentiæ</i> civili magna af- fert emolumenta res nu- maria	49	<i>Sextans</i>	26
<i>Punici</i> numi	16	<i>Sicilia</i> signavit plumbeos numos	13
Q.		<i>Solidi</i>	14
<i>Quadrans</i> quid sit?	26. 28	<i>SPANHEIMIUS</i>	19. 46. seqq.
<i>Quadrigari</i> numi	29. 64	<i>STRADA</i>	79. 81
		<i>Syrorum</i> numi	15
		T.	
<i>Teruncii</i> a triuncibus dif- ferunt			26
		<i>Theo-</i>	

*Theologia* prodest res nu-  
maria 50

*Tituli rerum gestarum* 69

*Trientes,* 28

*Triens* quid fit? 26

TRISTAN 40. 82

*Triumviri* monetales 35. 66

*Triuncis* quid significet? 26

U.

ULAMING 46

*Uncia* octo tenet drachmas

25

*Urbium* numi 63. 101

*Ufus* numerorum 41. seqq.

V.

*Victoriati* 29. 64

*Virtutes* quomodo in nu-  
mis appareant? 93. seqq.

*Vocabula* rei numariae 108

*Vultus* Imperatorum in nu-  
mis 59. seqq.

X.

X quid significet? 65

Z.

*Zodiacus* in numis 95



Erratorum, quæ relegendò depre-  
hensa sunt, emendatio.

p. 23. l. 1. ut ex EJVS.

p. 47. sub initium: Dum *usus sigillatim* &c.

ibid. §. 4. l. 5. relege *antiquissimam*.

Mb-2386.


80

(X2629491)

n.c.







Farbkarte #13

B.I.G.

REI  
ROMANORVM  
NUMARIAE  
COMPENDIVM

IVVENTVTI STVDIOSAE  
AD DIIVDICANDOS NUMOS ADORNATVM  
VARIIS OBSERVATIONIBVS

ILLVSTRATVM

LIBRISQVE QVI EAM REM COPIOSIVS  
TRADVNT EX OMNI SCIENTIARVM  
GENERE INSTRVCTVM.



---

DRESDAE & LIPSIAE,  
APVD JO. GVIL. HARPETERVM,  
M DCC LIII.